

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
Research Library, The Getty Research Institute

http://www.archive.org/details/francernbruckman00bruc

FRANC. ERN. BRVCKMANNI,
MED. DOCT. ACAD. CÆSAR. NAT. CVR. ET SOC.
REG. PRVSS. SCIENT. COLLEG. ET PRACTIC.
WOLFFENB.

EPISTOLA ITINERARIA I.

DE

BIBLIOTHECIS VINDOBONENSIBVS PRAECIPVIS,

AD

VIRVM NOBILISSIMVM ATQVE AMPLISSIMVM DOMINVM

DOMINVM

LAVRENTIVM HERTEL,

SERENISS. DVCIS BRVNSV. ET LVNEB. CONSILIARIVM A LEGATIONIBVS SPLENDIDISSIMVM ET BIBLIOTHECAE GVELPHERBYTANAE PRAEFECTVM ET DIRECTOREM CELEBERRIMVM,

FAVTOREM OMNI AMORIS ET HONORIS GENERE MAXIME PROSEQVENDVM.



CVM FIG. ÆN.

WOLFFENBVTTELAE, ANNO CHRISTI 1728.

VIR NOBILISSIME ATQVE AMPLISSIME,

FAVTOR OMNI HONORIS ET AMORIS CVLTV MAXIME DEVENERANDE!

CVm hinc inde amici eruditi, qui quasdam de itinere noſtro per Germaniam & Hungariam Annis 1723, 1724 & 1725, cupiditate admiranda naturæ & artis videndi facto, obſervationes in ſic dictis Uratislavienſium Annalibus Phyſico-Medicis (vulgo Sammlungen von Natur und Medicin, wie auch hierzu gehörigen Kunſt- und Literatur-Geſchichten / ꝛc.) non ſine voluptate viderunt, rogaverunt, ut totum itinerum noſtrorum curſum cum obſervationibus & Phyſicis & Medicis, & Politicis & Literariis & reliquis tunc temporis nobis obviis factis cum orbe curioſo erudito communicare non detrectaremus, eorum petitis ſatisfacere & gratificare libenter propoſuimus. Uno volumine ſtatim certe prodirent totum diarium, omniaque lectu memoratuque digna a nobis obſervata, dummodo bibliopola quidam ſumtus ſubminiſtrare vellet, horum autem defectu, animum induximus, ad modum epiſtolarum itinerariarum Tollii, memoratu digniſſima in certas quasdam breves epiſtolas diſtribuere & in commune conferre.

ferre. Prima hinc epistola de Bibliothecis Vindobonensibus ad TE, VIR NOBILISSIME atque AMPLISSIME, *Bibliothecæ Guelpherbytanæ Præfecte celeberrime*, dirigitur, nec ingrata speramus TIBI fore, quæ de his, cum bibliothecas in deliciis maximopere habeas, observavimus & TEcum communicavimus. Primo merito loco stant binæ *Bibliothecæ Cæsareæ*, antiqua nempe & nova, prior dicitur communiter magna, sita e regione domus pilæ lusui dicatæ; Codices & libri, quorum volumina plus quam 100000 numerantur, in varia conclavia sunt distributi; hic videndus & legendus omnium facultatum, omnium scientiarum, omnium artium, omnis literaturæ ditissimus thesaurus librorum, & impressorum & manuscriptorum; ad ligaturam quod attinet, non una eademque, mox enim occurrit volumen albissima nitidissimaque charta pergamena tectum, mox aliud durissimo suillo corio inclusum; mox aliud eleganti Gallico & Anglico vestitu superbum, & sic porro. Liber rarissimus, quem Bibliothecæ Secretarius, cum de Galeni prosapia nos esse inaudivisset, nobis monstravit, erat vetustissimus codex Dioscoridis Græcus, quem non in hac tantum instructissima Bibliotheca, sed & in tota Europa rarissimum librum manuscriptum esse referebat. Forma externa erat folii majoris, literæ autem solitis omnes multo majores chartæ pergamenæ optimæ inscriptæ, figuræ autem plantarum & icones elegantissimæ, multo studio & labore assiduo ad vivum coloribus optimis & suavissimis depictæ, oculis arridebant; Codicem hunc Busbequius in Regno Turcico Constantinopoli apud Judæum quendam invenit, pretio centum Ducatorum aureorum ab eo emit & Bibliothecæ huic inclytæ, tanquam pretiosissimum thesaurum, tradidit, seculo post Christum natum quarto in Græcia confectum, & sic plus quam mille & aliquot centum annos antiquiorem narrabat supra jam dictus Dominus Secretarius. Petrus Lambecius, vir eruditione præclarus, qui, cum secunda & prospera ei in patria sua non affulgerent fata, cum loco & religionem mutavit, Viennæ autem Austriæ studio indefesso & labore incomparabili catalogum & descriptionem Bibliothecæ Cæsareæ augustissimæ moliebatur, edidit quoque VII. tomos librorum Græcorum, restant autem adhuc plures, quorum ne titulo quidem mentionem injecit, in folio; sed dolendum, cum vix hoc nobilissimum & eruditis omnibus exoptatissimum inchoavisset opus, mors filum vitæ nimis cito præsecuit, & sic incompletum ad hæc nostra tempora permansit. Sepositio numero innumero librorum, oculos exhilarabant duo numismatibus, quorum copia 16000. transcendit, & antiquis & hodiernis, & indigenis & exoticis, aureis,

argenteis, æreis & ex alio metallo cusis, repleta scrinia, juxta ac res quædam naturales curiosæ & artefactæ antiquæ, de quibus merito recensemus dentem magnæ molis, aliquot librarum civilium pondere, molarem fossilem, quem licet pro giganteo venditant quidam, differentiam tamen inter hunc & elephantinum vix monstrare poterunt. Inter fructus exoticos rariores se offert nux Cocus duplex, seu binæ nuces majores Cocus dictæ ad invicem a natura adnatæ, ac si glutine viscido firmatæ essent. Inter antiquitates videri meretur instrumentum sacrificiis olim Arabibus usitatum, repræsentat securim vel asciam, loco aciei chalibeæ est lapis in formam Cerauniæ exasciatus & fabricatus, materia autem ejusdem videtur marmor nigricans vel serpentinum; manubrium ligneum in parte superiori, lapidi vicina, ornatu laneo variegato vestitur. Nec ex memoria deponendum vitrum quoddam pellucidum vel potius crystallum magicum, per quod venefici & magi apparitiones diaboli videre, conversationes & colloquia cum spiritibus malæ & damnatæ notæ habere solere creduntur. Posterior Bibliotheca Cæsarea Vindobonensis, quæ respectu prioris parva est, locum in præsenti habet in Palatio Cæsareo, numerat tantum 12000. volumina, cum e contrario libri prioris augustæ bibliothecæ, mox ante paululum adumbratæ, nondum unquam exacte numerati sint, quapropter nec certum & definitum de iis numerum exhibere possumus, hoc interim certum manet, eam ex plus quam 100000. voluminibus constare. Hunc posteriorem librorum apparatum gloriosissimus Romanorum Imperator, semper augustus, *Carolus VI.* pro 300000. thaleris Anno 1720. modo emit, cum antea ad Illustrissimum Baronem de Hohendorff Bruxelensem pertineret, eum autem hic tunc temporis, Annis 1723. & 1724. nondum ex cistis, in quibus Viennam Austriæ transportatus, expositus erat, eum videre non licuit. Anno 1723, 1724 & 1725 ædificium, admodum splendidum post Monasterium Ordinis Eremitarum sancti Augustini ad latus Palatii Cæsarei exstruebatur pro capiendis his duabus egregiis bibliothecis, an jam translatæ? pro certo affirmare non quimus. Primarius Cæsarearum bibliothecarum director est Pius Nicolaus de Garelli, Phil. & Med. Doct. Regii primique in Lusitania ordinis de habitu Christi eques & in Patria Bononiensi universitate publicus Med. Prof. Romanorum Imperatoris *Caroli VI.* consiliarius & archiater. Sumtus, quos Sac. Cæsar. Majestas quotannis harum bibliothecarum conservationi & augmentationi dedicavit, summam 12000 florenorum Imperialium implent, quæ partim in salarium datur Directori, Secretariis & bibliothecæ ministris, partim


Tab. I.

tim etiam ad emtionem novorum recens editorum librorum & literarum commercium, quod vulgo correſpondentiam vocant, cum eruditis exteris conſervandum, inſervit. Happelius in Relationibus ſuis curioſis Part. II. p. 325. it. Valentini in Muſei Muſeorum Part. II. p. 3. delineationem æri inciſam prioris auguſtæ bibliothecæ quidem dederunt, ſed cum collationem tabulæ æneæ cum bibliotheca ipſa inſtitueremus, nec ullam analogiam invenire poſſemus, firmiter hinc credimus, tales picturas eſſe in cerebro ſaltim natas. Alias quædam legenda de hac inclyta bibliotheca in Edward Browns Itinerario pag. 242. cujus figura eadem nobis eſſe videtur cum ſupra allegata Happelii & Valentini, & in Tollii Epiſt. Itinerar. IV. pag. 99. &c. it. pag. 118. &c. Poſt Cæſareas viſu digna eſt *Bibliotheca Sereniſſimi fortiſſimique Herois, Principis & Ducis Sabaudiæ, Eugenii*, Præſidis Collegii bellici Cæſarei, Generalis locum tenentis & Gubernatoris Belgii Auſtriaci &c. hæc continet omnium facultatum & omnium materiarum ſcientiarumque & artium libros ſelectiores, rariores & pretioſiores, elegantiſſima aurata Gallica tunica veſtitos, inprimis autem ingentem copiam & farraginem codicum Italo ſermone conſcriptorum. Bibliothecarius quoque natus eſt Italus, qui nec Teutonicam, nec Latinam, nec Orientales, nec aliam, niſi patriam Romanam ſermone proferre poteſt linguam; Latinam quidem puer didicerat, cum vero ſpatio 36. annorum eam non eloquutus amplius, jam oblitus eſt. Quæſivimus ex eo inter alia, quinam rariores eſſent libri hujus bibliothecæ? & quidnam præcipue memoratu & notatu dignum de iſta eſſet? ſed reſponſum nobis dedit ex Tacito, & ipſe forſan neſcivit, nec librorum notitiam habuit. Haud paucas jam vidimus bibliothecas, ſed ejusmodi bibliothecarium nullibi invenire contigit. Nil ſic amplius de hac addere poſſumus, quam quod per tria diſtributa ſit conclavia.

De ſequenti, nempe *Windhagiana*, licet non tam ſpecioſa, plura communicabimus. Sub initium adducemus verba Burcardi Gotthelffii Struvii, quæ proſtant in ejus introductione in notitiam rei literariæ & uſum bibliothecarum Cap. IV. de Bibliothecis Germanorum §. 1. pag. 132. Privatis curis collecta Viennæ, ſed publico deſtinata eſt Windhagiana Bibliotheca, Dominicanorum monaſterio nexa. Auctor illius Windhagius, tenui ſorte natus, patronorum liberalitate ad ſtudia incitatus, in tantum promotus, ut Doctoris jura impetraret, Advocati poſtea, & demum Conſiliarii Cameræ munus ſubiret; opibus autem ita creſcebat, ut ſuis nonſolum bene proſpiceret, ſed etiam hanc bibliothecam

ſuam in uſum potiſſimum ſtudioſorum pauperum deſtinaret. Patet itaque ſingulis diebus per certas horas, & facultas utendi libris conceditur, ſub banni nota tamen prohibetur, librum exinde nec mutuo ſumere. Numerus librorum adeo magnus non eſt, & potiſſimum libris juridicis & humanioris litteraturæ quibusdam eſt referta; ſingularem habet præfectum, licet etiam Dominicani ſupremam curam ſibi vindicent. Agit de eadem Joh. Chriſtoph. Wagenſeilius epiſtola de Hidraſpide ſua, & auctor relationis vom Käyſerl. Hofe zu Wien pag. 16. His Struvii verbis ſequentia addemus: Hæc bibliotheca locum habet in monaſterio Dominicanorum, & narratur Dominus Comes de Windhagen, quem Struvius advocatum nominavit, teſtamento Dominicanis iſtam conſecraſſe & dono dediſſe. Singulis ſeptimanis per tres dies aperitur, nempe diebus Lunæ, Mercurii & Veneris, horis antemeridianis a nona usque ad undecimam, pomeridianis vero a ſecunda usque ad quartam, quo tempore cuilibet intrare permiſſum eſt, & quo tempore quoque quilibet apparatu librario pro lubitu uti poteſt. Continentur libri in tribus ſat capacibus conclavibus, primum monſtrat Philoſophicos & Medicos, nec non Mathematicos, quorum haud parvus adeſt numerus; aliquot mathematicis inſtrumentis & machinis referta ſcrinia; binos haud parvos globos; ſcrinium dives nummarium, quod oculorum viſui offert aliquot millia numismatum, nummos antiquos Hebræorum, Arabum, Græcorum, Romanorum, aliorumque populorum & gentium; Catalogus horum manuſcriptus ſat prolixum præbet librum in folio, quem ibi videre licet. Duos embryones aliquot menſium in ſpiritu vini balſamico aſſervatos, quorum uni ſequens adjecta eſt inſcriptio:

Generatio mea ablata eſt, & convoluta eſt a me, quaſi tabernaculum paſtorum.

Iſaiæ Cap. XXXVIII. verſ. 12.

Mein Geburth iſt von mir hinweg genommen/ und zuſammen gewicklet/ wie ein Hirten Hütlein.

Alteri vero:

Præciſa eſt velut a texente vita mea, dum adhuc ordirer, ſuccidit me.

Iſaiæ Cap. XXXVIII. verſ. 12.

Mein Leben iſt gleichwie von einem Weber abgeſchnitten/ er hat mich abgehauen/ da ich erſt anfing.

Aliquot

Aliquot brutorum ſceleta; monſtrum humanum, ſectione Cæſarea, matre mortua, ex utero in lucem tractum, duobus capitibus, quatuor manibus & tribus pedibus, absque ullo gene-
vid.Fig. rationis organo, quod cum rariſſimum ſit, copiam ejus depictam ærique inciſam ſimul adjecimus. Bibliothecæ præfectus nullam nobis dare poterat informationem, unde & quo tempore? firmiter autem credimus, eſſe idem monſtrum, cujus Theatrum Europæum Part. II. Anno 1631. pag. 510. ſequentibus mentionem injecit. d. 28. Nov. 1631. iſt zu Wien vor dem Schottenthor ein monſtröſiſche Geburt an die Welt gebracht worden/ mit 4. Händen/ 2. Köpffen und 3. Füſſen/ hat 2. Tage gelebet/ und iſt von viel 1000. Menſchen mit groſſen Schrecken und Entſetzen angeſchauet worden. Parallelum monſtrum huic ferme plane ſimile videndum erat Anno 1642. Menſe Mart. in Comitatu Hanovienſi, cujus etiam mentio injecta eſt Theatro Europæo part. IV. pag. 813. 814. cum fig. Tria lege artis optime combinata ſceleta maſculini generis, primo inſcripta leguntur hæc verba:

Omnia oſſa dicent, Domine, quis ſimilis tibi?

Pſalm. XXXIV. verſ. 10.

Alle Gebeine ſollen ſagen/ Herr! wer iſt dir gleich?

Secundo, cujus corpus capite truncatum:

Juſtus Dominus concidit cervices peccatorum.

Pſalm. CXXVIII. verſ. 4.

Der Herr/ der gerecht iſt/ hat den Nacken der Sünder abgeſchnitten.

In conclavi ſecundo aſſervantur libri Juridici, duo globi minores ac ſcrinium variis rebus naturalibus, præcipue mineralibus, refertum, quod vero, cum neque inſpector neque miniſter mineralium iſtorum notitiam haberent, erubeſcebant monſtrare, & ſic contenta iſtius ſcrinii non vidimus. Tertium & ultimum conclave continet libros Romano-catholicos, inſimul & prohibitos hæreticosque. Bibliothecæ præſunt duo bibliothecarii, alter religioſus Dominicanorum ordini adſcriptus, alter non religioſus (ein geiſtlicher und weltlicher Bibliothecarius) & unus miniſter Bibliothecæ, qui juſſus libros porrigit & monſtrat.

Sequitur quarta & ultima Vindobonenſis bibliotheca, memoratu digna, poſſeſſor eſt perilluſtris, magnificus, ſpectabilis & excellentiſſimus Dominus *Pius Nicolaus de Garelli*, Phil. & Med. Doct. Regii, primique in Luſitania ordinis de habitu Chriſti eques, in patria Bononienſi Univerſitate ad cathedram eminentem conductus publicus & primarius

Med.

Med. Prof. Auguſtiſſimi Romanorum Imperatoris atque catholici Hiſpaniarum Regis *Caroli VI.* conſiliarius & archiater, Cæſarearum bibliothecarum primarius director, nec non inclytæ Facultatis Medicæ Viennenſis Decanus ſpectabilis. Hic vir perilluſtris inter omnes eruditos, qui Viennæ Auſtriæ degunt & vivunt, inſtructiſſimam & optimam habet bibliothecam ex rariſſimis & ſelectiſſimis libris conflatam, non impreſſis tantum, ſed & manuſcriptis. Parens ejus, Joh. Baptiſt. de Garelli, pariter perſonæ Cæſareæ Majeſtatis Archiater eam colligere incepit, filius vero antedictus poſtea, cum iter faceret per totam Germaniam, Belgium, Angliam, Galliam, Portugalliam, Hiſpaniam, Italiam, aliasque Europæ provincias multo auctiorem & locupletiorem eam reddidit; felix ille, qui gratiam habet videndi iſtam, nec non rarithecium rerum naturalium curioſarum omnium naturæ regnorum, præcipue vero marini, quarum admodum magnum cumulum in itineribus ſuis acquiſivit. Vir eſt occupatiſſimus, quapropter raro contigit, aliquid apud eum videre; ſpecialia hinc de hac inclyta bibliotheca & admodum celebri adducere non poſſumus. Hæc ſunt, quæ de bibliothecis Vindobonenſibus Annis 1723 & 1724, quibus Viennæ viximus, inaudivimus partim, partim & vidimus. Vale, *Vir Nobiliſſime atque Ampliſſime*, vive diu, reipublicæ literariæ ornamento & bibliothecæ Guelphicæ augmento.

Wolffenbüttelæ d. 1. Octob. 1728.

FRANCISCI ERNESTI BRÜCKMANNI,

MED. DOCT. ACAD. CÆSAR. NAT. CUR. ET SOC. REG. PRUSSIC. SCIENT. COLLEG. ET PRACTICI WOLFFENBUTT.

EPISTOLA ITINERARIA II.

DE

CHRYSOCOLLA NEOSOLIENSI HUNGARICA,

AD

VIRUM NOBILISSIMUM ATQUE DOCTISSIMUM,

DOM. DOM.

JOHANN. HEINRIC. LINCK,

ACAD. CÆSAR. LEOPOLD. CAROLIN. NAT. CURIOS. COLLEGAM, CHYMICORUM CORYPHÆUM CELEBERRIMUM, ET PHARMACOPOEORUM LIPSIENSIUM ET TOTIUS GERMANIÆ PRINCIPEM, RERUM NATURALIUM ÆSTIMATOREM SUMMUM,

AMICUM MAXIME COLENDUM.

WOLFFENBUTTELÆ, ANNO CHRISTI 1728.



VIR NOBILISSIME ATQUE DOCTISSIME, AMICE MAXIME COLENDE!

QUas ad nos, Vir nobiliſſime, haud nuper adeo, nundinis nempe ſolennioribus autumnalibus Lipſienſium, miſiſti res cruſtatophacea inductas ex thermis toto orbe celebrioribus & ab Imperatore Carolo IVto glorioſiſſimæ memoriæ denominatis, deſumtas, recte accepimus, iisque jam aptum locum in lithophylacio noſtro dedimus; gratias pro iſtis remittimus maximas, cum deſiderio præſtandi Tibi viciſſim quæcunque grata officiorum genera, ſimulque tranſcribimus modum, quem dudum a nobis expetiiſti, conficiendi Biſtricii in Hungaria ſic dictam Chryſocollam ſeu viride montanum. Hic elegans color viridis in variis quidem, non Europæ tantum, ſed & aliarum orbis regionum fodinis ærariis, aurariis, argentariis, plumbariis colligitur, primum tamen locum apud omnes meretur is, qui Neoſolii in ſic dicto oppidulo montano Herrengrund ex cu-

niculo quodam, aus einem Stollen/ cum aqua profluit & in, ad hunc colligendum, adaptatis canalibus & ciſtis quadratis ex aqua præcipitatur, corraditur & ſiccatur. Est autem Chryſocolla nihil aliud, quam minera æris dives (inops enim & pauper minera, Arm Kupffer-Erts/ nullam largitur chryſocollam) vel metallum æris, quod ad ſummam maturitatem pervenit, (mineræ enim perfectæ & maturæ decreſcunt, uti reliquæ in toto terrarum orbe res, quod metallifoſſoribus peroptime notum eſt) putrefactum & ab aqua quadam accedente ſubterranea ſalſa, acida & acidula, corroſiva in pulverem viridem & ſmaragdinum corroſum & deſtructum. Hic modus generationis Chryſocollæ non differt a modo conficiendi & parandi Viride æris, hoc ex cupro ſtratificato cum vinaceis, quæ ſpiritum acidulum continent & effluviis ſuis ſtatim produnt, in Hiſpania paratur; hæc chryſocolla vero in in venis infra terram ærariis ex ære, accedente ſpiritu acido, ſalſo, corrodente optimas Veneris mineras, oritur; Viride æris arte in Hiſpania, Viride montanum in ſubterraneo naturæ laboratorio â naturâ conficitur, & quidem ambo ex ære ſeu Cupro. Et licet in diverſis metallifodinis, & auri, & argenti, & plumbi, hic color nativus viridis reperiatur, mineris dictorum metallorum adhærens, non tamen eſt proles genuina harum minerarum, ſed ſolius Veneris rutilantis filius; cauſam vero, cur in hiſce quoque fodinis & offendatur ſæpenumero chryſocolla, haud difficulter Tibi dabimus, examen enim harum minerarum chymicum & docimaſticum non fuſione tantum aurum, argentum & plumbum porrigit, ſed & Venerem optimam; cum vero Cuprum haud infrequenter a reliquis metallis ſeparatione non ſit dignum, prætereaque Sol & Luna metalla ſint Venere longe præſtantiora, quibus merito addimus, quod hocce metallum rutilans ex aliis venis minori ſumtu, minorique labore fundere & extrahere poſſimus, non adeo in conſi-

dera

derationem trahitur, ſed plerumque in iſtiusmodi mineris comburitur, inque auras ſic cum fumo avolat. Hinc ſunt, qui, cum accuratum & legitimum ſeparationis metallorum examen non inſtituerint, chryſocollam & prolem auri, argenti & Saturni nominant, quod nunquam facerent, vel unquam feciſſent, ſi legitime proceſſum tractandi & ſeparandi mineras & metalla inſtituiſſent. In valle Dominorum, Germanice Herrengrund/ oppidulo montano unico ſaltim milliari Neoſolio diſtante, eſt cuniculus, ein Stollen/ ex quo chryſocolla nativa cum aquis claris & pellucidis, quæ eandem in fodina quadam æris ditiſſima ex venis ærariis, ab acido humore corruptis & putridis quaſi, eluunt, elutriunt, lambunt, ſecumque in interſtitiis ſuis & poris abripiunt, profluit. Simul ac hæc aqua, chryſocollâ imprægnata, loca dereliquit ſubterranea & ſupra terram viſui ſe offert, per canales excavatos, ad ingentes ex ligneis aſſeribus conſtructas & fabricatas ciſtas, de ciſta iterum prima in ſecundam, ex ſecunda in tertiam, poſitis ſemper de ciſta ad ciſtam in plano inclinato canalibus parvis brevibus ligneis, progreditur vel ducitur. In his ciſtis aquæ tranſeuntes viridem chryſocollam, quam ſecum ex cuniculo dicto eduxerunt, ſenſim atque ſenſim deponunt, in prima ciſta craſſiorem, interdum arenulis adhuc aliisque impuritatibus commixtam, in ſecunda meliorem purioremque, in tertia optimam puriſſimamque. Hæc Chryſocolla, quæ ſenſim atque ſenſim in pulveris forma ſubſedit partim ad fundum, partim ad latera, inſtar cruſtæ firmæ & quaſi agglutinatæ ciſtis adhæret, decantatur poſtea aqua, cruſtæ virides ex canalibus & ciſtis effractæ in ſole ſereno æſtivali tempore ſiccantur & ad uſum ſervantur. Impurior & craſſior chryſocolla, ex primâ & cuniculo proximâ ciſtâ derasa, obſcuriore, quam reliquæ duæ, gaudet viriditate, ſi ad uſum pictorum, his enim præcipue omnes tres, colore & puritate tantum differentes, ſpecies in uſu ſunt, adhibenda, prius iterum aqua clara diſſolvitur & ab

admixtis heterogeneis depuratur particulis. Secunda aliquo modo purior primâ, coloremque habet medium inter primam & tertiam, non adeo obſcurum ac prima, nec adeo clarum ac lucidum, quam tertia, quæ optima, colore enim gaudet ſmaragdino oculis grato & eleganti, puritate autem ſuperat omnes, nec ullâ amplius, ſi in uſum trahenda, depuratione eget. Unico quoque tantum milliari Neoſolio diſtat ſic dicta Vallis Judicum, der Richter-Grund, in qua etiam ex aqua eodem modo eademque methodo, ac in Valle Dominorum, hoc viride montanum colligitur, ſed non in tanta copia. Differentia tamen nulla inter hoc & illud obſervanda. Chryſocolla Armeniana, a patria cognominata, colorem Porri quod ad viriditatem referens, olim laudatiſſima erat & optima; poſtea Macedonica & dein Cypria; noſtris autem temporibus, cum antedictæ obſoletæ ſint nec amplius habendæ, Hungarica primatum inter omnes obtinet, pictores quoque, licet omni chryſocollâ utantur, hancce tamen Neoſolienſem reliquis multo præferunt, ut nihil dicamus de colore ſuaveviridi, ex ſolo ære oritur; chryſocolla enim, quæ in argenti fodinis reperitur, multo vilior hâc; quæ in plumbariis venis offenditur, adhuc multo ingratior; & quæ tandem ex auri mineris eruitur, omnium viliſſima & rariſſime in quantitate habenda; & licet omnes, uti jam ſupra innuimus, Venerem pro matre & materia ex qua agnoſcant, ſunt tamen deteriores omnes iſtâ, quæ ex Cupro corrupto & quaſi putrefacto originem trahit, ſunt enim heterogeneis particulis iſtorum metallorum & minerarum ſimul adhuc inquinatæ & conſpurcatæ. Armeniaca, Macedonica & Cypria, quæ olim uſitatiſſimæ erant, an eodem modo ex aqua ſint præcipitatæ? ac Hungarica, vel an ex mineris ſint deraſæ & lotæ? de hoc nullum apud ſcriptores iſtius ævi mentionem reperimus; nec etiam apud recentiores invenire licuit, an hodierna die ullibi terrarum tali conficiantur &

ex

ex aqua præparentur methodo, ac hic locorum in Hungaria, in vallibus ſcil: Dominorum & Judicum. An hocce viride montanum, additione ſulphuris vel aliarum materiarum reduci & fundi poſſit iterum in bonæ notæ cuprum, experimenta facere nec tempus nec aliæ Circumſtantiæ permiſerunt, relinquimus ea Tibi, Chymice experientiſſime, tempore vacuo inſtituenda, rei veritatem & poſſibilitatem ad ignem probatorium examinabis, & productum haud gravatim nobiscum communicabis. Hæc ſunt, quæ de chryſocolla Hungarica in chartam conjicere potuimus, an petitis Tuis ſint ſatisfactura? proxime inaudiemus; reliqua videnda apud D. Joh. Laurent. Bauſchium in Schediaſmate poſthumo de Cœruleo & Chryſocolla; Martin. Rulandum in Lexico Alcheimiæ pag. 146. &c. &c. & in noſtro opere de metallifodinis totius orbis terrarum pag. 272. cujus ſcripti tomum ſecundum cum circa feſtum Paſchæ typis exſcribi curaturi ſimus, rogamus, velis haud gravatim ex egregia & inſtructiſſima Tua Bibliotheca & celeberrimo *Muſeo* Tuo metallico communicare & ſupplere ea, quæ ad hocce opus completum reddendum ex iſtis neceſſaria videbis, gratias non modo inſignes pro relationum harum communicatione habebimus, ſed & omnes mineralium & metallorum foſſores, quique metallico ſtudio operam dant, quibusque metalli fodinæ in deliciis ſunt, huncce iis a Te collatum favorem omni laude, gratia & encomio deprædicare non deſinent. Reliquum proſpera omnia Tibi Tuisque vovemus, vivas, valeas.

Wolffenbüttelæ, die 1. Nov. 1728.

Wolfenbüttel, die 1. Nov. 1756.

FRANCISCI ERNESTI BRÜCKMANNI,

MED. DOCT.

EPISTOLA ITINERARIA IIItia

DE

BELLARIIS LAPIDEIS LIPTOVIENSIBUS HUNGARICIS

AD

VIRUM NOBILISSIMUM, EXCELLENTISSIMUM, CONSULTISSIMUM ATQUE DOCTISSIMUM,

DOM. DOM.

JOHANN. HEINRIC. BURCHARD,

MED. DOCT. SERENISSIMOR DUCUM BRUNS. ET LUNEBURG. CONSILIARIUM CELEBERRIMUM ET ARCHIATRUM SPLENDIDISSIMUM; MAGNUM NOSTRORUM TEMPORUM MEDICUM, PHYSICUM SINE PARI ET PRACTICUM WOLFFENBUTTELENSIUM FELICISSIMUM,

FAUTOREM OMNI HONORIS ET AMORIS ENCOMIO MAJOREM.



Cum fig. æn.

VIR NOBILISSIME, EXCELLENTISSIME, ATQUE CONSULTISSIME,

FAUTOR OMNI HONORIS ENCOMIO MAJORI

SUmmopere nobis gratularemur, præſens ſi temporum ſtatus gratias re & verbis peculiares Tibi, Vir conſultiſſime, offerre pro infinitis in nos collatis beneficiorum generibus favorisque maximi ſignis permitteret. Cum vero Tibi ſumma impotentia, qua laboramus, plus quam ſatis nota & perſpecta ſit, certa & indubitata fide ſperamus, Te nec hocce lapideum munuſculum, (labiis quidem minime gratum, dentibus & linguæ guſtu & maſticatione moleſtum & inſapidum, oculis tamen viſu non injucundum) quod devote in grati animi teſſeram mittimus, male interpretaturum. Non ignoramus enim, Te Gazophylacium lapideum & metallicum ex ſelectiſſimis & elegantiſſimis plurimarum regionum rebus ſubterraneis, quod ob præſtantiam optimis non immerito annumeratur, poſſidere. Forſan & hæ confectio-

nes, ab analogia, quam cum bellariis ſaccharatis edulibus habent, ſic dictæ, dignæ æſtimentur, iſtud ut intrent; libenter enim contentæ erunt, ſi licet locum poſt ianuam infimum in iſto occupent. Patria horum bellariorum, vel rectius lapillorum bellaria, quod ad externa, mentientium, eſt in Hungaria comitatus Liptovienſis, in hoc enim proſtant tria permagna ſubterranea antra, Draconum dicta ex eo, quod oſſa in his reperibilia ſemicalcinata vulgus præoccupato animo de Draconum ſceletis eſſe ſibi falſo imaginetur. In his ſat capacibus antris foditur & eruitur ad ripas cujusdam fluminis, quod per medium antri maximi transverſim tranſit, lac lunæ ſeu montis, terra albiſſima, levis & farinacea, quæ in multis Hungariæ officinis pharmaceuticis in uſu eſt, vocitatur Nihilum album & pro eo publice venditur; eſt autem nihil aliud, quam terra calcaria vel lapis calcarius infra terram ab accedentibus continuis aquis in pollinem levem ſolutus & quaſi præparatus; firmiſſime credimus, hoc Nihilum album vel lac montis eſſe materiam ex qua ſtalactites, quo lapide omnes antrorum concamerationes undique, infra in fundo, ſupra in tegmine, dextrorſum, ſiniſtrorſum in parietibus, tanquam eleganti nec ſatis admirando à natura ſedula elaborato tapezio inductæ & incruſtatæ, originem ducat. Primo enim calcarius lapis in & ſupra terram undique, & in ipſis antris ſtatim poſt ſtalactitem, reperibilis eſt; ſecundo ſtalactites moderato ignis gradu reducitur & calcinatur in calcem, quæ antea fuit, optimam, commiſſuris ædium glutinandis & firmandis non inidoneam; Tertio Lac montis vel lunæ eſt calx in pulverem ſubtilem comminuta, hic pulvis aqua viſcoſa & nitroſa ſolutus iterumque ſiccatus, facit ſtalactitem; ſtalactites igne uſtus dat calcem. Hoc Nihilum album, inſtar alcohol, ſubtiliſſimum, aqua ſolutum vel potius mixtum, intrat meatus & poros terræ, rimas & ſpatia rupium, demum evaporatis ſucceſſive & paulatim particulis humidioribus,

Ep: Jt



Ep. Tab. III.



ribus, remanet Nihilum album, cumulatur in via, viſciditate aquæ frigidæ & nitroſæ glutinatur, lapideam duritiem induit temporis tractu ſatis firmam & duram, cryſtalliſatur & adhæret lateribus rimarum, parietibus ſpeluncarum, antrorum & aliis rebus ipſi obviis. Hæc Nihilô albô imprægnata aqua, quando ex poro quodam unico ſenſim atque ſenſim deſtillat, ita ut priores guttæ ſiccentur & indurentur, antequam mox inſequentes per eundem porum penetrare poſſint, cumulatur hæc calx, & creſcit lapis inſtar ſtiriæ, & ſtalactites a ſimilitudine, quam cum glaciali ſtiria hyberno tempore habet, cognominatur, qui magnitudine & craſſitie differt pro diverſitate quantitatis affluentis aquæ & copiæ materiæ calcariæ, qua aqua imbuta & fœta; quando autem gutta & guttula de alto tegminis ex poris antrorum decidit, & in via vel poſtea demum exſiccatur, remanet, evaporatâ & exhalatâ aquâ, Lac montis viſciditate aquæ frigidæ & nitroſæ glutinatum inſtar globuli lapidei, pro varietate guttarum & guttularum, quantitatisque materiæ calcariæ, majoris vel minoris. Quando vero hæc aqua ſucceſſive ſaltim lambit & alluit cavernarum parietes, inſtar cruſtæ politæ, evaporatis humiditatibus, adhærere ſolet iis, induratur & optimum oculis exhibet tapezium. Omnia ſic ferme phœnomena, generationem hujus cryſtallini lapidis concernentia, explicatu ſunt haud difficilia. In modo dictis Draconum antris conſpiciuntur in fundô integri cumuli vel parvi monticuli ex meris & innumeris ſtalactitiis globulis diverſæ magnitudinis conſtantes, qui globuli in ſuperficie ſunt omnium maximi, rariſſime tamen nucem avellanam molê ſuperantes; ſub his minores latitant; ſub his iterum adhuc minores videndi, & infimi ſunt omnium minimi, arenam æmulantes, tamen ſphærici, ac ſi manû tornatoris ſummo ſtudio & lege artis ad hancce figuram formati eſſent. Rationem dabimus hanc: globuli infimi ex unicâ ſaltim guttulâ concreti ſunt, hinc minimi;

ſuperjacentes majores initium quidem & principium, vel potius nucleum, quoque tantum ex unica guttula ſumſerunt, accedentibus autem quotidie novis guttulis per appoſitionem accreverunt, & molem, præ infra jacentibus, majorem nunc oſtendunt; horum cumulorum ex iſtiusmodi globulis, bellaria peroptime mentientibus, non unus, ſed plus quam centum, in his antris adſunt. Bellaria lapidea, quæ ex his antris mittimus, & pro quibus locum in lithophylacio Tuo celeberrimo humillime expetimus, ſunt ſequentia:

I.) Nihilum album, Lac lunæ vel montis, repræſentans ſaccharum in mortario fractum & in ſubtiliſſimum pulverem comminutum.

II.) Stalactites, coloris ex albo luteoli, inſtar raſuræ cornucervi.

III.) Stalactites, arenam globuloſam ex albo luteolam repræſentans, vel potius referens ſemina vegetabilium minima, globuli enim hi lapidei arenæ ſaltim ſunt molis & quantitatis.

Fig. I.

IV.) Stalactites, ſemen Milii vulgaris magnitudine æquans, colore gaudens luteo.

Fig. II.

V.) Stalactites, confectionem ſaccharatam, corpus ſine anima, vulgo in officinis pharmaceuticis dictam, adeo exacte repræſentans, ut ovum ovo non tam ſit ſimile, quam globuli memorati huic dictæ confectioni ſaccharatæ. Fraudem jam binis vicibus his bellariis, inter alias confectiones bonæ notæ mixtis, inſtituimus, nec dolus citius ſentitus & obſervatus, quam dentes nec comminuere, nec lingua & palatum gratum ac dulcem ex iis ſaporem elicere & extrahere potuerint. Fig. III.

VI.) Stalactites globularis paulo major, ſemen Aniſi ſaccharo inductum & conditum mentiens, nec aliam præ ſe ferens differentiam, quam quod ſphærica figura rotun-

ditate

ditate æqualiori ſit in hac lapidea, quam iſta ſaccharata confectione.

VII.) Bellaria ſtalactitia, aliquo modo oblonga, ſemen Carvi & Cumini ſaccharo incruſtatum referentia, coloris magis lutei, quam globuli antecedentes.

Fig. IV.

VIII.) Globuli lapidei majores ex albo ad flavedinem vergentes.

Fig. V.

IX.) Alii adhuc prioribus majores & craſſiores, partim albi, lutei, partim gryſei; rotundi partim, partim & inæquales. Differentia coloris, ſine dubio, dependet a puritate & impuritate aquæ, calcis & aliarum minerarum, per quas aqua fluit.

Fig. VI.

X.) Hi magnitudine Cubebas, aroma notiſſimum, confectione ſaccharata incruſtatas, mentiuntur.

Fig. VII.

XI.) Adhuc majores, & tandem.

Fig. VIII.

XII.) Omnium maximi, partim avellanæ nucis molem ſuperantes, partim infra poſiti & minores, ſed non exactâ ſphæricâ figurâ præditi, potius inæquales, cruſtoſi, gibboſi; cauſa hujus inæqualitatis rejicienda venit in nunquam non de novo ſupervenientes & extrinſecus allabentes guttulas, quæ de hora in horam, de die in diem Nihili albi aliquid adponunt; poſiti enim ſunt hi globuli in ſuperficie dictorum monticulorum, in dies ſingulos ex allabentibus guttulis calce impræ-gnatis accreſcunt & incrementa ſumunt, ſingulæque inæqualitates horum corporum globuloſorum repræſentant quaſi novas guttulas & guttas, nucleus tamen ſemper ex unica ſaltim conſtat guttula.

Fig. IX. & X.

XIII.) Maſſæ compactæ & ex globulis concretæ elegan-

gantiſſimæ, albæ vel lacteæ, gryſeæ & luteæ, ita tamen, ut ſingulum fruſtulum ex æqualibus globulis, vel majoribus vel minoribus, conſtet & compoſitum ſit.

XIV.) Bellaria ex albo-gryſea inſtar cruſtæ ſcabroſæ & aſperæ inæqualia.

Fig. XI.

XV.) Tubuli pellucidi, candidi, cavi & ſtiriales, craſſitie calamorum ſcriptoriorum anſerinorum, tegmento cavernarum plerumque adhærentes, admodum ſonori.

XVI.) Fragmentum ligni ſemiputridi ſtalactite albo inductum. Fig. XII.

XVII.) Stalactites lacteus, ſtiriam glacialem referens, ſpithamam longitudine ferme adæquans.

Fig. XIII.

XVIII.) Agarici albi cum craſſo & brevi pediculo ex ſtalactite concreti minoris familiæ, arborum vegetabilibus Agaricis adeo ſimiles, utnec centoculus Argus ullum invenire potuerit inter hos minerales & iſtos vegetabiles diſcrimen; accreſcunt lapidibus, ac vegetabiles ligno.

Fig. XIV.

XIX.) Pyrum ſtalactatium ex tegmento ſpeluncæ deſumtum, ut & Fig. XV.

XX.) Botrys, ſeu ſtalactites Botrionem cum petiolo exacte monſtrans, quare & apud Germanos, Traubenſtein/ ex ſimilitudine, nomen indeptum, weil er einer Wein-Trauben in ſeiner Geſtalt nachäffet und gleich ſiehet.

Fatemur equidem, Vir conſultiſſime, munuſculum hoc-cē lapideum viliſſimum eſſe, nec Indias, pretioſas gemmas ex ſinu ſuo donantes, pro patria agnoſcere, ſcimus autem in ſimul, Te nec lapides vulgares figuratos contemnere, quare & maximopere rogamus, velis grato oculo iſtud aſpicere, manu favente accipere & pergere favere, ut olim ſic & porro, Tuo Brückmanno.

Wolffenbuttelæ d. 1. Dec. 1728.

(o)

FRANCISCI ERNESTI BRÜCKMANNI,

MED. DOCT. &c.

EPISTOLA ITINERARIA IVTA

DE

IV. FIGURATIS CURIOSIS RUPIBUS AD FAUCES HERCYNIÆ SYLVÆ PROPE ILFELDAM

AD

INCLYTÆ SOCIETATIS REGIO PRUSSICÆ BEROLINI SCIENTIIS PROMOVENDIS

CONDITÆ

REVERENDISSIMUM, ILLUSTRISSIMUM, EXCELLENTISSIMUM

DOM. PROTECTOREM,

EXCELLENTISSIMUM PARITER

DOM. PRÆSIDEM

ET

RELIQUA EJUSDEM MEMBRA UNDIQUAQUE CELEBERRIMA.

WOLFFENBUTTELÆ, ANNO CHRISTI 1729.

OFficium noſtrum fuiſſet, iam diu obſervationem unam atque alteram vel Phyſicam vel Medicam, more in inclyta *veſtra Regia Societate* recepto, ad promovendas ſcientias tranſmittere, impedimenta autem nunquam non adfuerunt, quo minus citius id reapſe præſtare potuerimus, nunc autem initium facimus & primam, in forma epiſtolæ itinerariæ de quatuor figuratis Hercyniæ inferioris rupibus conſcriptæ, tipis expreſſam officioſiſſime ablegamus.

Ad fauces Hercyniæ inferioris ſylvæ uno lapide Nordhusâ in valle peramœnâ undiquaque altiſſimorum montium ſerie munitâ conſpicitur oppidulum cum monaſteriô ſeculariſatô, celebri Regio gymnaſio conſpicuô, Jlfelda dictum, ubi præter lapides figuratos, mineralia & metalla, quatuor quoque ex ſic dicto luſu naturæ figuratæ & formatæ rupes perelegantes peregrinis advenis admirationem excitant ſummam.

Prima rupes recreat oculos in monte alto ad dextrum latus monaſterii ſita, non procul á magnâ iſta piſcibus, ex quibus truttæ aureis maculis conſpicuæ gratiſſimi ſaporis ſalivam in ore movent, ditiſſimâ piſcina, *der Netz-Boden* vulgo dicta. *Roſtri anſerini, eines Gänſe-Schnabels*, figuram exhibet, unde & nomen indepta eſt, *der Gänſe Schnabel.* Hæc excelſa rupes & nulli non huius viciniæ lapides ſubrubri ſunt, multo nitro impræguati, quare & ædificia ex his conſtructa, ſolutô ab äereô, vel alio accedente humidô, nitro, calcem derepente rejiciunt, plus quoque hyberno tempore, quam alii ſolent lapides, aquas præ frigore exſudant.

Tab. I. Fig. I. In appoſita Tab. I. Fig. 1. deſignat A. B. altitudinem rupis integræ, *Gänſe-Schnabel* dictæ, geometrice, ab Horizonte menſuratæ, & adæquat XXX. perticas, *Ruthen.*

A. C. Altitudinem rupis vel proprie dicti *roſtri anſerini,*

rini, prout in æere libero visui & oculis se offert, mensuræ Rhenanæ XXVII. perticas. A. B. enim sub se & simul comprehendit dorsum.

D. E. Pes vel infima crassities rupis vel columnæ (repræsentat enim columnam turbinatam cum capitulo & basi, *eine gewundene Säule mit ihrem* Capitäl *und* Postement) est XXXI. pedum.

F. G. Crassities suprema vel capituli (*des* Capitäls) est XXII. pedum.

H. I. Crassities vero media XIII. pedum.

D. K. Dorsi anserini longitudo, quæ infra ex basi vel pede columnæ prodit, & instar parvi tecti ad trianguli formam sese contrahit, in quo tectulo, pro lubitu, quisque cum & sine ephippio, equitare potest, ædæquat quinque pedes, & ejusdem quoque est altitudinis, ita ut in ascendendo brachia super hoc dorsum posita ascensionem admodum facilitare possint. In dorso sedens pone collum anserinum perpendiculum, *das Senck Bley*, adhuc dimittere potuimus ad XXIII. pedes, antequam montem attigerit. Sequentem narrant de hac rupe traditionem: tempore Neandri celeberrimi quondam Ilfeldensis Gymnasii Rectoris, (cujus epitaphium in templo monasteriali cum imagine ejus totaque corporis statura eminenter lapidi funerali incisa, adhuc cum hac epigraphe videndum: Juxta hunc lapidem in tumulo requiescit Reverendus vir M. Michael Neander, Soraviensis, Rector & Antistes monasterii & Scholæ Ilfeld. ad annos XLV. doctissimus, fidelissimus & meritissimus maxime pius & munificentissimus in Scholam, ecclesiam & pauperes, obiit autem anno ætatis suæ 70. Christi vero 1595. 26. April. Ilfeldæ) ibidem fuit literarum Studiosus, qui pactum interdictum cum malo iniisse spiritu dicitur, a quo & affirmationem accepit, securus certiorque redditus factus, quod eum in terram præ frigore horridam, Syberiam nempe, quam videndi peculiari cupidine flagrabat juvenis, momento citius ducere vellet. Divino tamen forsan omine Neander hujus candidati diaboli intrat museolum, quod flammis vero

intus circumcirca repletum videt. Terrore & horrore agitatus Dom. Rector, nil boni hic esse factum præsagiens, eapropter, cum ad se ex terrore rediisset, causam hujus ignis & flammæ in hypocausto ex suspecto juvene quæsivit, qua inaudita, summo studio maximoque labore, divina assistente gratia, studiosum hunc ad meliora duxit, qui quidem male habuit, quod hac vice in itinere suo Syberiano impeditus fuisset. Literis humanioribus absolutis, relicto Gymnasio, salutat academiam Jenensem, alii nobis retulerunt, Lipsiensem, inito & ibidem vel potius saltim confirmato de novo cum malo Satana pacto, dicitur in via Syberiana, quam cum male dicto spiritu ingressus, ad hanc rupem *Gänse-Schnabel*, ductus & dilaceratus. Firmiter nobis persuademus, traditionem hanc esse excogitatam & eam ob causam inventam, ut rupi *Gänse-Schnabel* dictæ ista fabula major accresceret fama. Archivum monasticum historiam cujusdam juvenis studiosi, de malo cum dæmone pacto suspecti, legendam præbet, nullam autem injicit mentionem, quod ab isto malo spiritu minutatim ad hanc rupem sit consciissus & dilaceratus. Fortassis etiam hæc fabula originem ducit ab ista historia, quæ legitur in Spizels libro, cui rubrica: *gebrochene Macht der Finsterniss* Part. I. Cap. 6. pag. 336.

Hæc rupes admodum expositа variis tempestatibus & procellis, quarum injuria hinc inde passa est rimas fissurasque majores & minores, timendum, ne ventus furens aliquando hunc elegantem naturæ figuratum lapidem de monte & basi sua dejiciat, frangat, inque frusta comminuat.

Non procul ab hac rupe in eodem monte (sat enim magnæ molis in eo conspiciuntur rupes hinc inde per totum tractum disseminatæ & erectæ, ac si manu sedula summoque labore, præmeditato stupendo hominum studio, exstructæ hic essent) visui se offert secunda figurata rupes, *panem lapideum domesticum*, qui omnium maximus in furno coqui solet, ingentem, sine dubio aliquot centenariorum pondus æquantem repræsentans, quem Tab. I. Fig. II. exprimit; est lapis rotundus, oblongus, pani similis & utrinque depressus

Tab. I. Fig. II.

rupi

rupi alii ingenti incumbens, Germ. *der Brod-Stein* Lit. O. O. in hac Tab. I. delignant majoris & minoris molis rupes per totum montis ambitum hinc inde dispersas.

L. Videtur puteus metallicus inveteratus & desolatus, adhuc altus 6. orgyas, mineris martis olim, sine dubio, extrahendis destinatus fuit.

N. Semita, quæ Ilfeldam ducit. Haud procul a monasterio ad latus sinistrum in monte non adeo prælto conspicitur tertia figurata rupes, *das Nadel ohr* dicta, eam ob causam, quia rupes a natura & casu ita excavata est, vel parvam speluncam perviam habet, non aliter ac foramen in acu, quæ netricibus in usu esse solet.

Hoc foramen acus repræsentat ferme, uti videndum Tab. II. Fig. I. triangulum rectangulum admutilatum inversum & in apice positum, cujus superior linea vel latitudo a. b. est 2. pedum & 2. pollicum seu unciarum mensuræ Brusvicensis. Tab. II. Fig. I.

Interior altitudo trianguli c. d. 2 pedum & 7. unciarum.

Latitudo rupis e. f. ubi exitus apparet, 4. pedum & 3. unciarum.

Altitudo rupis, pro ascensione, quando quis per rupis cavitatem vult transire, g. h. 4. pedum. Fig. II eâdem tabulâ sistit eandem rupem juxta viam vectoriam ad montem in situ suo naturali. Fig. II.

Per hoc acus foramen cogunt aurigæ Nordhusani tribus vicibus transire suos servos juvenes, quando nempe prima vice ligni cædendi & quærendi causa in sylvam Hercyniam curribus vehuntur. Simul ac servi juvenes incipiunt transire per hoc foramen, ipso momento & aurigæ incipiunt flagellis partim, partim & flagellorum manubriis eos fortiter & magno animo verberare & contundere, qui, quando bene verberati trans- & egressi, interdum instar cadaveris demortui pallidi videntur. Hic ritus nunquam non accuratissime multis retro annis, quando ligni causa in sylvam Nordhusani vehuntur, observatur. Interim tamen servis juvenibus permissum, probationis loco antea aliquot vicibus per foramen transire, antequam aurigæ flagris eos excipere initium faciant. Admodum ridiculum est, ludicrum & jocosum, quando alter incipit per aperturam foraminis transire, podice & pedibus adhuc relictis, alter vero jam manibus porrectis capite in exitu foraminis semipendulus visitur; aurigæ interim irrident hos, cachinnanturque, ac si dementes vel fatui essent vel fieri cuperent; currus interdum 20, 30. ad montem in via expectare sinunt. Servi juvenes, quando transire coguntur, haud raro duas, tresve caligas induunt. Vidimus quendam, qui primas ex panno laneo solido & firmo, secundas & tertias ex corio confectas indutus erat, aurigæ enim misere eos flagris verberari consueverunt, sumunt flagellorum manubria binis manibus

nibus admodum firmiter, & incipiunt eos contundere iſtis, ſimul ac juvenum manus attingunt rupis foramen; graciles cito citius pertranſeunt, væ, væ obeſis, inhabilibus, inertibus, ejulant & lamentantur, dorſum cum podice iis dolet! Sunt, qui timore dolorum libertatem non tranſeundi ab aurigis ſibi redimunt, & florenum iſtis libenter ad hilariter bibendum porrigunt. Hujus rupis ſequentibus fit mentio in Berckenmayeri Antiquario curioſo p. m. 478. & D. Georg. Henning. Behrends Hercynia curioſa Cap. V. Art. I. p. 126.

Von einem Stein-Felſen bey dem Cloſter Ilefeld/ das Nadel-öhr genandt.

Eine gute Meile von Nordhauſen, über dem Cloſter Ilefeld, iſt zur lincken Hand, gleich bey dem Hartz-Fahrwege, an einen hohen Berg, ein nicht gar hoher doch ſtarcker Stein-Felſs angewachſen, welcher in ſeiner Mitte eine enge und ſchmale durchgehende Höle hat, und das Nadel-öhr *genennet wird, weilen das Loch etlicher maſsen mit der Geſtalt eines* Nadel-öhrs *ſich vergleichet. Durch dieſes Loch müſſen die Knechte, ſo wohl aus Nordhauſen als andern umliegenden örtern, wenn ſie zum erſten mahl hinter Ilefeld in den Hartz, um daher Brenn-Holtz auf wägen abzuhohlen, fahren, und an dieſen Ort gelangen, mit groſſer Mühe, der enge vvegen, 3. mahl kriechen, und werden noch darzu von ihren dabey ſtehenden Cameraden, nicht allein bey dem Einſondern auch bey dem Auskriechen, mit Peitſchen und Geiſſeln-Stielen tapffer abgeſchmiſſen, zumahl wenn dieſelben corpulent oder dicke ſind, und dieſer wegen ſobald durch das* Nadel-öhr *nicht kommen können; wollen ſie aber dieſe Kurtzweil nicht ausſtehen, und haben es im vermögen, ſo müſſen ſie ſolches tractament mit Gelde bezahlen. Es iſt zwar dieſes böſe Weſen, inſonderheit von der Obrigkeit zu Ilefeld, bey ziemlicher Straffe verbohten worden, weilen dadurch die Knechte abgeſchrecket worden, hinter Ilefeld zu fahren, und damit dem Holtz-Handel groſſer Abbruch geſchiehet; es hilfft aber ſolches wenig, denn will ein Knecht vor ſeinen Cameraden Friede haben, und in ihrer Sauff-Compagnie gelitten werden, ſo muſs er doch nach ihrer Pfeiffe tantzen, und*

hilfft

hilfft darzu kein kläglich thun. Der gemeine Mann erzehlet von dem Ursprung dieses Steines eine handgreiffliche lügenhaffte Fabel, und giebet vor: Wie einesmahls ein Hühne oder Riese etliche Meile gereiset sey; als er nun hinter Ilefeld ankommen, und gefühlet, dass ihm, salva venia, ein Schuh hefftig drücke, hätte er denselben ausgezogen, und diesen grossen Stein darinnen gefunden, welchen er an den Ort, wo er noch liege, geworffen habe. Dass dieses aber einem Kinder-Mährgen gleich sey, kan ein jeder verständiger leicht erachten, massen das ein weidlicher grosser Riesen-Flegel müste gewesen seyn, der einen so grossen Stein bey dem Fusse hätte verbergen können, doch ist es denen gemeinen Leuten nichts neues, dergleichen Fratzen, entweder aus Schertz oder aus Ernst, zu erzehlen; Wie denn auch von denen bey der Hochfürstl. Braunschweigl. Wolffenbüttelschen Universität Helmstedt, auf dem sogenandten Cornelius-Berge liegenden, grossen Steinen vorgegeben wird: dass vor alters die Hühnen eines mahls bey guten Wetter damit gespielet, und exercitii gratia aus Kurtzweil sich damit geworffen hätten, desvvegen sie bisshieher daselbst gefunden vvürden; glaubvvürdiger aber ist es, dass diese Steine, einiger Gelehrter Muthmassung nach, nichts anders als Begräbnisse alter tapfferer Helden seyn. Sonst ist bekandt, dass sich bey diesen Steinen in vorigen Zeiten eine lehr-reiche und lustige Begebenheit zugetragen habe, indem ein berühmter Professor Matheseos, als vvenig Zuhörer in seinen Collegiis und öffentlichen lectionibus sich eingefunden, gebräuchlicher massen an das schvvartze-Brett angeschlagen gehabt: Wie er diese grosse Steine auf einen gevvissen benahmten Tag alle hinvveg blasen vvolle; als nun der bestimmte Tag heran nahet, lauffen fast alle Studenten hinaus, diese Wunder-Kunst anzuschauen, und fänget alsdenn der Professor in ihrer Gegenvvart an, aus allen Kräfften auf die Steine loss zu blasen, es vvill aber nicht ein einiger vveder vvancken noch vveichen, derovvegen er anfanget, zu ihnen zu sagen: dass er verheissen habe, vvie er diese Steine hinvveg blasen vvolle,

nicht

nicht aber, daſs er daſſelbe könte; Wobey er Gelegenheit nimmet, denen Studenten zuzeigen, daſs ſolche laſt durch mathematiſche-Künſte könten gehoben vverden, vermahnet auch dieſelben, ein ſolches herrliches Studium beſſer, als vorhero, zutreiben, und ſo vvohl ſeine Collegia als öffentliche Lectiones fleisſiger zubeſuchen.

In oppidulo Ermsleben, 2. milliaribus Quedlinburgo diſtante, ante curiam in foro ingentis molis lapis reperitur, de quo ſimilis fabula, quod nempe quidam ex gigantum familia ortus dixiſſet, arenulam, moleſtias & dolorem mihi cauſantem, in calceo ſentio, quo exuto & viſitato, hunc magnum ex eo ad terram projeciſſet lapidem, certe arenula ſine pari. In Gallia haud procul ab urbe Beſiers, in tractu Cataloniam verſus, monſtrantur peregrinatoribus duæ ingentes rupes, præterpropter XX. paſſus diſtantes a ſe invicem, de quibus pari modo narratur, quod fœmina gigantea iſtas ex marſupio hic loci proſtraviſſet.

Quarta figurata rupes in eodem monte, in quo vidimus *das Nadel-öhr*, præterpropter 50. paſſus poſt molam chartariam in apricum venit. Hæc rupes vocatur *Monachus*, *der Mönnich*, cujus altitudo 11. pedum, ejus formam vero exhibet Tab. II. Fig. III. Sed analogiam nullam inter hanc rupem & monachum, ſit de quocunque velit ordine, nec quod ad ſtructuram, habitum, magnitudinem, proportionem & reliqua invenire potuimus. Qui primum monachum hic ſibi imaginatus, certe peculiari, ne dicamus corrupta, phantaſia laboravit; Non confundendus hic monachus cum iſtis ejusdem Sylvæ Hercyniæ lapideis, quibus nomina propria vulgo impoſita *Hanſs Mönch und Hennig Mönch*, quique non procul a monaſterio Michelſteinenſi viſuntur, de quibus evolvendi Joh. Gottfr. Gregorii in Orographia curioſa pag. 601. Happelius in Relat. Curioſ. Part. IV. p. 529. Merian in Topographia Brunſvic. p. 33. Berckenmayer in Antiquario curioſo p. 473. Eminent quoque rupes in Carpatho, monte Hungariam & Poloniam diſtinguente, quæ a longinquo aſpicientibus, monachum ſedentem exprimunt, ideoque cognomen obtinent *Monachi*, *Mnich Skala*, Sermone Polonico. vid. Gab. Rzaczynſki Hiſtor. natur. Curioſ. Polon. Tractat. III. Sect. I. p. 102. Sed phantaſiæ & imaginationi hic ut plurimum multum tribuendum. Scribeb. Wolffenb. d. 3. Jan. 1729.

Tab. II. Fig. III.

BRÜCKMANN, D.

Ep: IV. P Tab: I.



Cp: IV Fig: I. Tab: I.



Ep Ti I

Tab. II




Fig III
Fig I
Fig II

FRANCISCI ERNESTI BRÜCKMANNI,
MED. DOCT. &c.
EPISTOLA ITINERARIA VTA
DE
TEMPLO CATHEDRALI VIENNENSI D. STEPHANO DICATO
AD
VIRUM SUMME VENERABILEM ATQUE AMPLISSIMUM
DOM.
DOM. PHILIP. LUDOVIC. DREISSIGMARCK,
SENATUS ECCLESIASTICI ET CONSISTORIALIS CONSILIARIUM DIGNISSIMUM, A CONCIONIBUS ET CONFESSIONIBUS SERENISSIMO DUCI BRUNSV. ET LUNEB. REGENTI CELEBERRIMUM &c.
FAUTOREM OMNI HONORIS CULTU PROSEQUENDUM

WOLFFENBUTTELÆ, ANNO CHRISTI 1729.

VIR SUMME VENERABILIS, QUOVIS HONORIS GENERE DEVENERANDE, FAUTOR!

INter tot Deo dicatas ædes Viennæ Auſtriæ neque auguſtiores mole neque ſtructuræ artificio, antiquitatiſque nomine potentiores vidimus, quam templum cathedrale Divo Proto-Martyri Stephano ſacrum. Hoc enim eadem plane cum hac, toto terrarum orbe celebrima, Archi-Ducum Cæſarumque ſede, exordia nactum eſt, cujus autor Henricus, Leopoldi Marchionis, qui poſt mortem Divis a Romanis annumeratus, filius perhibetur. Jacta ſunt ab iſto illius d mus Deo dicatæ fundamenta Anno poſt Chriſtum natum 1144. tertio ſcilicet anno, poſtquam præeſſe is Auſtriacis his terris & eas regere cæpit, ſicque templum hoc noſtro tempore 700. ferme annos ætatis ſuæ numerat. Ædificium admodum magnum quidem eſt, ſed inſimul valde obſcurum & tenebricoſum. Moles tota ex quadratis ad regulam cæſis & lævigatis ſaxis in altum exſurgit, cujus longitudo in 57. orgyarum ſpatium protenditur, latitudo vero maxima complectitur orgyas 37. menſuræ Vindobonenſis. Cum in 13. orgyarum ac $\frac{1}{2}$ pedis altitudinem e baſi aſſurrexerit, undique ambulacra e lapide duro affabre elaborata coronant. Turris maxima, qua templum ornatur, per univerſam Europam, non altitudine quidem, ſed firmitate ſua peculiari valida & forti reliquis præſtat, hinc ortum proverbium. *zu Straſsburg ſey der künſtlichſte, zu Landshut der Höchſte und zu Wien der ſtärckſte Thurm*, Anno 1359. à Rudolpho IVto quidem inchoata, ſed demum poſt ejus obitum, ſpatio temporis 59. annorum, erecta & exſtructa, & ſic tamen ferme 400. annos numerat. Exornant eam undique variæ figuræ affabre & pereleganter ſculptæ & ſcalpro elaboratæ, ferarum facies variæ, Divorum plurimorum aliorumque hominum imagines, multæ pyramidatæ turriculæ, aliaque ornamenta & ſimulacra. Sunt, qui putant & perhibent, cæmentum calcarium, ad turris hujus conſtructionem & combinationem uſurpatum, vino, loco aquæ, ovorumque glutinoſo albumine pro majori firmitate paratum fuiſſe. Altitudo eſt 76. orgyarum $4\frac{1}{2}$ pedum menſuræ antedictæ; Inclinationem aliqualem ad alterutrum latus & curvitatem, cujus cauſam in terræ motum rejiciunt incolæ urbis, monſtrat. Tredecim gaudet campanis

par

partim magnitudine ac mole, partim antiquitate ſua commendatis, inter quas omnium maxima pondus habet 330. Centenariorum; alii dicunt ponderis 500. centenariorum eſſe, conflatam vel fuſam ex ſolis Turcis bello ereptis tormentis metallicis. vid. plura apud Sebaſt. Ferd. Dopnern de Rantenhoff Sopronienſem libro. *unvergleichliche Vortrefflichkeit, unbeſchreibliche Hoheit, Vorzug und* Præminentz *des Hauſes Oeſterreich in dem Tempel der Unſterblichkeit &c.* Cap. III. Quotidie quædam minoris familiæ ex iſtis campanis duabus vicibus per integram horam, a tertia ad quartam pomeridianam, pulſatur, vocata *das Bräun-Glöklein*, in memoriam inflammatoriæ anginæ, quo morbo ante plurimos annos quadam vice ingens incolarum turba hic Viennæ miſere occubuit & vitam morte finivit, quique morbus Germanis *die Bräune* audire ſolet; ſimul ac auditur reſonatque, Romanæ eccleſiæ addicti precibus devotis Deum, in cujus manu vita & mors, ſanitas & morbus, velit in poſterum tempus hocce mortiferum malum a ſe & ſuis benigne averruncare, orant rogantque. Sunt hic loci, qui putant, hanc ex quadratis lapidibus exſtructam turrim in toto orbe eſſe altiſſimam, ſed errant valde, inter Viennenſes vero eſt altiſſima & omnium firmiſſima.

Tectum templi inſtructum opertumque tegulis, flammarum inſtar poſitis, rubro, viridi atque albo colore in igne pictis vitriatiſque, *ein bunt glaſirtes Dach*, jucundum & gratum ſane intuentium oculis, maxime vero ſimul incidentibus & illuminantibus ſolis ſplendentis radiis, ſpectaculum præbet, Sub templi tecto aquila prægrandis, tribus pedibus alta, rotatili opere atque ad horologii artificium interne compoſita, a Johanne Marbio conſtructa, aſſervatur; hæc aquilina machina ex turri prælta hujus templi, dirigente ingenioſe artifice, ad portam uſque cœmeterii Rudolpho IIdo, cum is Anno 1575. in Regem Romanorum electus & Ratisbonæ coronatus, ſolenni in hanc urbem Vindobonenſem pompa rediret & ſacras D. Stephani ædes ſalutaret, obviam volavit, non abſque admiratione ſumma Imperatoris totiusque comitatus ampliſſimi.

Ad murum templi ſuſpenſa monſtrantur oſſa gigantum, admodum magna, quæ vero ex Cetorum genere eſſe firmiter putamus; vidimus ſimilia & Eiſenſtadii in Hungaria inferiori ad caſtellum Principis Eſterhaſi; in templo cathedrali Walbeccæ Ducatus Magdeburgici; Brunſvigæ ad domum quandam, ex qua prima vice Mumia Brunſvicenſis oleoſa pro navibus in Indiam petita, non procul a porta vetere St. Petri, quæ naves in gratiarum actionem & memoriam longi itineris vertebram ingentem balænæ retulerunt & domui affixerunt; alibique locorum plura, ſemper cum traditione, quod iſtimodi oſſa ex Gigantum proſapia eſſent.

Ad introitum cujusdam portæ templi lapis quadratus, magnitudine quartam partem phyliræ chartaceæ æquans, albus & politus, maculis hinc

inde ſanguineis notatus, muro firmiter infixus, viſitur; hæ maculæ rubræ putantur eſſe Martyris Colmanni, cui ſerra ambo pedes ſunt abſciſſi. Catholici Romani has ædes intrantes & exeuntes, lapidi digitos affricant, ta ut lapis iſta quotidiana multa & continua frictione in medio jam quandam profunditatem vel cavitatem acceperit, & licet homines ſucceſſive unam alteramve abſtergant guttulam ſanguineam, ſemper tamen de novo in apricum veniunt aliæ maculæ rubicundæ, quod maximopere ab iſtis in admirationem trahitur. Noſtra ſententia hic lapis conſtituit Alabaſtrum candidum, ſanguineis rubris per integram ſubſtantiam maculis a natura notatum; una alteraque guttula frictione digitorum deleta & exſtincta, in hujus locum antea in lapide abſconditæ & non viſæ maculæ in apricum veniunt. Nota ſunt nobis non tantum talia Alabaſtra & Marmora, ſed & alii lapides maculis ſanguineis a natura vel caſu picti, ad quos & referendi ii, quorum Bechmann de prodigiis ſanguinis, prope Francofurtum ad Oderam mentionem fecit. Nemini autem Catholicorum, miraculum hic ſtatuentium, contradicere animus eſt.

Pavimentum per totas ædes ſacras rubri albique marmoris politi tabulæ quadratæ, variationis & elegantiæ majoris gratia, nunc alba, nunc rubra, poſitæ, conſternunt.

Feneſtræ ſunt altiſſimæ, ornatæ more veteri pictis e vitro tabulis vel orbibus, hiſtorias exhibentes ſacras & profanas variis coloribus inductas, ſed templum hanc ob cauſam maxime obſcurum tenebricoſumque reddunt.

Templum hoc auguſtiſſimum XXXVIII. altaria, majora & minora, pulchro ordine collocata & pro varietate feſtorum, ſplendiſſimis ex auro rutilante, argento & margaritis candiſſimis confectis ornamentis ſacris condecorata, numerat, in quibus quotidie ſingulis horis antemeridianis continue miſſæ, uti vocant, audiendæ.

Sequentes in his ædibus & earum ſacellis ſunt cryptæ Archiducum Auſtriæ, Principum &c.

1.) Oſſa Rudolphi IV. pelli bovinæ inſuta, aureoque panno contecta.
2.) Alberti cum trica.
3.) Georgii Archi Ducis.
4.) Archi-Ducis Wilhelmi.
5.) Lepoldi IV. craſſi vel ſuperbi.
6.) Albertus. IV.
7.) Inteſtina Ferdinandi IV.
8.) Ferdinandus III.
9.) Inteſtina Mariæ Annæ, Auguſti Leopoldi filiæ.
10.) Monumentum ex albo purpureique coloris marmore Imperatoris

Fri-

Tab. 31. V.

Friderici III. ad altare paſſionis, tanta arte conſtructum & elaboratum, ut paris pretii nullum in Europa eſſe perhibeatur.

11.) Epiſcopus de Wolfrath, cui hæc inſcriptio ſepulchralis.

FUI
ABBAS, EPISCOPUS, PRINCEPS;
SUM
PULVIS UMBRA, NIHIL.,
ANNO MDCXXXIX.

QUotannis die XVI. Aprilis feſtum dedicationis templi ſolenniter celebratur, quod videndum & audiendum partim ex vexillis ex turris feneſtris ab omni plaga erectis, partim ex ſonitu tintinabulorum, quibus alias vaccæ ornantur, Germ. *der Kuh-Schellen* & quidem in memoriam, quod hic loci olim fuerint paſcua & prata pro paſcendis vaccis & bobus.

In ædibus his ſacris inter alias imagines hominum Salvator crucem in humero geſtans cum magno vulnere ſanguine pleno miſere depictus videndus, hac cum epigraphe.

Offenbahrung/welche dem Hrn. Abt Bernhardt Claravärall geſchehen/ wegen der unbekandter und ſchmertzhafften Wunden/ ſo er auf ſeiner heiligen Schulter oder Achſel in auftragen ſeines ſchweren Kreutzes empfunden.

DEr Herr Abt Bernhardus *fragte einsmahl unſern Herrn im Gebeht, welches ſein meiſt unbekandtes Leiden geweſen? dem antwortet der Herr: Ich hatte eine Wunde 3. Finger tieff auf meiner Achſel, da ich mein Creutz auftruge, dieſelbe Wunde war mir viel peinlicher, als die andern Wunden alle; dieſer Wunden wird wenig gedacht, von den Menſchen: weil ſie faſt unbekandt iſt, darum erweiſe derſelben eine Ehre, und was du in Krafft dieſer Wunde begehren, deſſen will ich dich gewehren, und allen denen, die mich um dieſes ehren, denſelben will ich ihre tägliche Sünden vergeben, und ihrer tödtlichen nicht mehr gedencken, und ſollen Gnad und Barmhertzigkeit von mir erlangen.*

Gebeth zur Schulter-Wunden.

O allerliebſter Herr Jeſu Chriſte, du ſanfftmühtiges Lämlein GOttes, ich armer ſündiger Menſch grüſſe und ehre die allerheiligſte Wunden, die du auf deiner Achſel empfunden, als du dein ſchweres Creutz trugeſt, welcher wegen du zugleich wegen der 3. ausſtehender Gebeiner ſonderlich groſſe Schmertzen und Pein über alle andere in deinen gebenedeitem Leibe erlitten. Ich behte dich an, o ſchmertzhafftigſter Herr Jeſu Chriſte, dir ſag ich Lob, Ehr und Preiſs aus innigen Hertzen, und dancke dir für die allerheiligſte tieffeſte und peinlichſte Wunde deiner Achſel, und bitte demütiglich, du wolleſt dich der groſſen Schmertzen und Pein, ſo du in dieſer tieffen Wunden erlitten, und wegen der ſchweren Laſt des Creutzes, den du auf dieſer Wunden geduldet, über mich armen Sünder erbarmen, mir alle meine läſsliche und tödtliche Sünden verzeihen, und mich in deinem Creutz-Weg und blutigen Fuſs-tapffen zur ewigen Seeligkeit begleiten. Amen.

Figuram & magnitudinem iſtius dolentis vulneris in humero noſtri ſervatoris, tres digitos profundi, (cujus vero ſacer codex nullam fecit mentionem) in fronte epiſtolæ adjecimus, prout Viennæ depictam accepimus hac cum inſcriptione. Omnibus & ſingulis, debitô honoris cnltû hoc vulnus venerantibus, promittit Dominus Deus, ſe non cogitare velle ſuorum quotidianorum peccatorum, nec in memoriam ſibi revocare peccata mortifera & capitalia, ſed dare & diſtribuere velle gratiam & miſericordiam.

Sequitur ſacer divuſque harum ædium theſaurus, nempe:
Sex corpora ſanctorum.
Argentea Chriſti imago, 46. argenti
Marchias ponderans.
Effigies St. Leopoldi, Auſtriæ
Patroni, argentea.
Imago St. Stephani ex argento.
Dentes St. Apollinæ.
- - - - St. Agathæ.
Fruſtum de præſepio, quod Chriſto loco cunarum in diverſorio fuit.
Lapis unus ex illis, quibus Stephanus, glorioſus proto-martyr, lapidatus & opreſſus fuit.

Pars

Pars magna ex fasciis, quibus Christus a Maria involvebatur.

Pars magna de cruce St. Andreæ, Apostoli, simul cum illius argentea imagine.

Pars de ligno St. crucis nostri Servatoris. Putamus, si omne lignum hujus crucis, quod in variis provinciis Europæ conservatur & de hac Dominica cruce esse traditur, posset recolligi & congregari, quod ex eo iterum justæ magnitudinis crux, si non plures, possint componi, quando nempe in subsidium traherentur.

1.) Frustum istud, quod in Gallia in Fano S. Dionysii servatur, cujus meminit Aulus Apronius in Itinerario suo aucto Part. 1. p. 142.

2.) Pars, quæ Salerni in Regno Neapolitano sancte colitur, teste eodem Part II. p. 237.

3.) Frustum illud ingens, quod Romæ in ædibus sacris D. Petro dicatis asservatur, confirmante Matth. Puel in Itinerario Thalassico p. 181.

4.) Pars magna adhuc ibidem, in templo St. Crucis. vid. Idem lib. cit. p. 184.

5.) Magnum frustum istius ligni, quod Crucinacii, quæ urbs in Palatinatu inferiori eam ob causam nomen *Creutzenach* accepit, custoditur. vid. Theat. Europ. Tom. XIII. Anno 1687. p. 240.

6.) Pars ista, quæ Bruxellis in Brabantia, teste Edward Browns *in seinen sonderbahren Reisen &c* p. 42. sancte conservatur.

7.) Pars hujus crucis sanctissimæ, quam auro circumdatam & inclusam Bambergæ vidimus.

Prostant alibi locorum adhuc plures hujus portiunculæ & frusta, sed nos latent. An crux dominica ex ligno fuerit quercina? defendat Ursinus Loc. 7. Cap. 15. St. Helena Anno 326. Sec. IV. pietatis studio Hierosolymam profecta, crucem Domini miraculose detectam reperit, & partem illius ibi reliquit, aliam secum Romam deportavit una cum clavis. De miraculosa hac inventione ita inquit Joan Mocquet *in seinen Reise-Begebnissen* Lib. IV. p. 355. *Als wir auf dem Berg* Calvaria *uns allenthalben umgeschauet, wurden wir in eine* Capelle *der München geführet; daselbsten auf der Erden uns ein weisser runder Marbelstein gezeiget wurde, darvon man fürgegeben, es solte der Ort seyn, an welchen die gottseelige Helena, Kaisers Constantini Magni Mutter, nachdem sie die Creutze des Herrn Christi, und der beyden Schächer funden, dieselbigen auf die probe gestellet, welches unter diesen dreyen des Herrn Christi wäre, indem sie eines nach dem andern auf ein todtes Weib geleget, das todte Weib aber, sobald das Creutz Christi sie berühret, von*

Strunde

Stunde an ſich aufgerichtet und lebendig worden, woraus gar eigentlich zuerkennen geweſen, daſs es das Creuz Chriſti ungezweiffelt ſeyn müſte. vid. plura in beat. Joh. Aud. Schmidii Diſſ. de inventione crucis Dominicæ per Helenam 4to. Helmſt. 1724.

Fruſtum clavi, quo Chriſtus crucifixus eſt. Talis clavus monſtratur & in Fano St Dionyſii, & Tulli in Gallia. vid. Valentini Muſ Muſeor. Part. II. p. 196. it. Auli Apronii Itiner. auct. Part. I. p. 142 & Mediolani in templo cathedrali, in quo hic clavus maxima veneratione afficitur, poſitus eſt in ſummo altari & quinque cereis dies noctesque illuminatur. vid. Miſſons Iter Italum Part. II. p. 981. & Romæ in templo St. Crucis, hoc manus Chriſti altera transfixa fuit. vid Matth. Puel Itinerar. Thalaſſicum p. 184. & Bambergæ, quo itidem manus altera Chriſti crucis ligno affixa fuit. Hic multa & ſtupenda miracula edit, præcipue cancrum mammarum radicitus ſanare dicitur. Accepimus iſtum ibi ære expreſſum & ferreo clavo affrictum cum precibus & litaniis. Liber, cui titulus. Eccleſia naſcens martyrum ſanguine &c. p. 205. ſequentia profert de his clavis. *Helena partem crucis cum clavis Hieroſolyma Romam deportavit, qui, ſi plures, quam, tres jam inveniuntur, hi non affixere Chriſtum, ſed crucis brachia conjunxere, vel etiam Martyres, qui membra Chriſti vocantur, crucibus affixerunt. Pie creditur Helena ex his clavis duos accommodaſſe in frænos ad robur & victorias contra hoſtes impetrandum, & unum diademati Imperatorio adhibuiſſe; quartum autem in mare Adriaticum conjeciſſe, ad mitigandum mare, quod in eo loco, qui vorago navigantium vocabatur, naufragiis infame fuit, & ex eo tempore ceſſaſſe ibi naufragandi pericula, mari penitus manſuefacto.*

Pars ex menſali linteo ſeu mappa, qua Chriſtus in cœna ultima cum diſcipulis uſus dicitur.

Inſignes reliquiæ ex linteo, quo Chriſti in ſepulchro corpus involvebatur. Oſſiculum ex humeris St. Catharinæ.

Pars cinguli B. Mariæ virginis.

Dens St. Dorotheæ.

Spina ex corona Chriſti. Ejusmodi aculei olim & in Monaſterio Walckenried Ducatus Brunſvicenſis, teſte Leuckfeld in Antiquitat. Walckenredenſibus pag. 49. 291. 294. aſſervati ſunt.

Cranium St. Sebaſtiani.

Capilli B. Virginis Mariæ.

Particula de ſpongia, qua Chriſtus potatus fuit in ligno crucis.

Capſa argentea, quatuor vitris inſtructa, in qua integer parvus puſio ex innocentibus illis ab Herode occiſis aſſervatur.

Gemi-

Gemina capita S. S. Cosmæ & Damiani.

Frustum ex columma, ad quam flagelatus est Messias.

Caput unius ex 11000. virginum & Martyrum.

Ensis, quo usus est Carolus M. Cranium St. Stephani, proto-Martyris; & multæ aliæ Reliquiæ, quas vero omnes transscribere, nil aliud esset, ac si Tua patientiâ abuti vellemus.

Magnum istum thesaurum ex innumeris iconibus & aureis, & argenteis & cereis, pauperes enim saltim cereos sanctis sacrificant & dono dant, cum præ pondere & multitudine non amplius parietibus suspendatur, transgredi silentio lubet.

Quotannis in hoc templo certis diebus festis non sine solennitatibus Academia memorias quorundam. Sactorum renovat & celebrat, nempe St. Leopoldi, Patroni Austriacæ; St. Stephani, Patroni Hungaricæ; St. Mauritii, Patroni inclytæ Saxonicæ St. Ursulæ, Patroni Rhenanæ nationis. Johannis, Apostoli & Evangelistæ, Patroni facultatis Theologicæ; St. Ivonis, Juridicæ; St. St. Gosmæ & Damiani, Medicæ; St. Catharinæ, Philosophicæ facultatis. Doctores & Professores Universitatis audiunt missam, orationem cujusdam studiosi peculiari habitu, pileôque magnis plumis ornatô vestiti, qua oratione istius Sancti, cujus solennia celebrantur, laudes, encomia, vita & facta, simulque & miracula exprimuntur; musica non contemnenda hanc excipit. Creantur & in his ædibus Doctores omnium facultatum multo pluribus ceremoniis & solennitatibus, ac in aliis Germanorum academiis fieri solet. Ante templi portam tabula universitatis nigra (*das Schwartze Bret*) in qua nova literaria quotidie legenda, visitur.

Farrago Historiarum, spectra concernentium, narratur, quæ nocturno tempore in & extra has sacras ædes in cœmeterio obambulantia terrorem & timorem hominibus incuterent; præsertim vero ab undecima ad duodecimam nocturnam clerici, par & par, habitu albo vestiti ex quadam templi portâ apertâ ordine processionis, uti vocant, exirent, in cœmeterio obambularent & processionem continuarent, litanias defunctorum decantarent. Quidam ex Sac. Cæs. Majestatis officialibus, qui adhuc vivis interest, cum aliquando casu in hoc cœmeterio obdormivisset, noctu vero ex hoc cantu cleriorum expergefactus, omnem processionem se vidisse professus est, & quoniam robusto intrepidoque fuisset corde, e longinquo processionem sequutum esse & vidisse nulla non sepultorum sepulchra aperta, eo vero momento, quo campana duodecimæ horæ signum dedisset, singula spectra singula sepulchra Intrasse, quæ momento citius absque ulla mànu rursus clausa & terra cooperta apparuisse. Cum vero nocturno tempore cœmeterium sit undique clausum, iterum somuo plenus se ad suum locum contu-

lit, auroramque expectavit. De die expergefactus cœmeterii ſepulchra viſitavit, nullam autem in iis mutationem invenire & obſervare potuit Analoga huic ferme traditio in Theat. Europ. Tom. III. Anno 1634, p. 329. legitur. *Wunderlich iſt es auch geweſen, was ſich zu dieſer Zeit zu 3. unterſchiedlichen mahlen zu Breſslau hat ſehen laſſen, nemlich* Proceſiones *mit brennenden Lichtern von ſeltſahmen Geſpenſtern, deren eine von* St. Albrecht *biſs zur* St. Maria Magdalena, *da nichts dann Wind-lichter, Kertzen und Geiſter; die andere bey* St. Dorothea, *bey welcher viel Küraſsier, und die 3te von* St. Vincentz *ausgegangen, da neben denen Wind lichtern nichts den lauter Hunde geſehen worden.* Sed finiamus epiſtolam, ne limites tranſgrediamur & patientia Tua, Vir ſumme venerabilis abutamur. Plura de hoc templo videnda in peculiari libro, qui 1721. Viennæ in 8vo cum icone templi ſub hoc titulo prodüt. Memorabilia de templo ac turri ad St. Stephanum Viennæ Auſtriæ fide ſumma e veteribus documentis eruta. Addamus, in his ædibus quotidie venales proſtant in duobus locis. 1.) Cerei variæ magnitudinis albi, qui ante pedes ſanctorum cum precibus accenduntur. 2) Simulacra & icones ex cera itidem candida conflati, repræſentantes manus, pedes, mammas, puſiones, virgines, equos &c. qui ſanctis appenduntur & immolantur. 3.) Sericum album & rubrum benedictum (*geweyhete Seyde*) quod roſam, morbum, circumligatum pedem vel aliam corporis eryſipelate affectam partem curare & diſpellere perhibetur. Ferme ſilentio præteriiſſemus miraculoſum Chriſtum crucifixum in quodam ſacello cui capillus creſcit & incrementa capit. Vale, Vir ampliſſime Tuoque amore & favore proſequi ne deſine Tuum Brückmannum.

Wolffenb. d. 1. Feb. 1729.

FRANCISCI ERNESTI BRÜCKMANNI
MED. DOCT. ETC.

EPISTOLA ITINERARIA VIta
DE

OVO GALLINACEO FIGVRATO ET TERRA VLRICANA

AD

VIRVM CLARISSIMVM, atque AMPLISSIMVM
DOMINVM

DN. IOH. DAVID. MÜLLERVM,

LYCEI COENOBIALIS, QVOD IN VALLE D.
MARIÆ PROPE HELMSTETVM FLORET, RECTOREM
DIGNISSIMVM FIDELISSIMVM ETC.
PRÆCEPTOREM QVONDAM OMNI HONORIS ET AMORIS GENERE
LONGE PROSEQVENDVM.

WOLFFENBÜTTELÆ.
ANNO CHRISTI M DCC XXIX.

VIR CLARISSIME ATQVE AMPLISSIME,

PRopoſuimus nobis quædam ad TE dare de ovo figurato quodam, quod apud Pontificios in magno honore eſt & ſumma veneratione colitur, æque ac terra Ulricana Auguſtanorum, quæ glires, animalcula nociva, haud tolerare traditur. Primo ſic ſtatim loco prodeat imaginuncula, ovi magnitudine, repræſentans ovum gallinaceum, in cujus putamine vel cortice benedicta mater Dei regali veſtitu cincta & diademate ex auro & gemmis conflato caput ornata, hominum ſalvatorem infantem bracchio dextro bajulans, qui puerulus æque ac mater optime veſtitus & coronatus, videnda, binæ autem hæ perſonæ radiis flammeis, quales quandoque Cometarum & ſtellarum eſſe ſolent, de quaque parte circumfuſa exiſtunt. Ovum, cujus figura hic transmittitur, prout nempe eam æri inciſam Viennæ Auſtriæ inter alias res ſanctas & benedictas, pecunia data, accepimus, a gallina quadam in Taxa ad S. Mariæ Stellam, Bavariæ Monaſterium Auguſtini

præceptis addictum, partum. Hæc imago benedicta, portis & januis domus glutine firmiter affixa, omnis generis ſpectra procul & eorum ludibria nocturna moleſta & aſpectu terribilia propellere dicitur & a vulgo creditur. Qualis autem nexus? qualis logica? qualis ſyllogiſmus? Hoc ovum repræſentat in putamine ſuo Dei matrem & filium & quidem caſu (putamus enim firmiter hanc ſignaturam ex gallinæ oviparæ imaginatione à viſa tali Deiparæ cum filio imagine vel perſona in domo quadam vel templo ovi cortici eſſe communicatam) huic impreſſam & adpictam; ergo ſpectra fugat e domo! Hæc ratiocinatio, hæc concluſio merentur haud indigne adjici iis, quæ copioſiſſimo numero collegit D. Joh. Frid. Mayer cumque aliis communicavit in ſeiner Päpſtiſchen Vernunfft- loſen Schluß-Kunſt der neuen Jeſuitiſchen Läſter-Academie in Schleſien/ zum beſten aus dem Päpſtiſchen Scribenten getreulich zuſammen getragen/ qui liber parvæ molis in 12. Hamburgi A. 1696. lucem aſpexit. vid. plura de hoc modo dicto ovo apud P. Abrahamum de St. Clara, qui integrum volumen de iſto typis Monachii Bavariæ excudi curavit ſub rubrica: Gack/ Gack/ Gack/ Gack à Ga einer wunderſeltſamen Hennen in dem Hertzogthum Bayern/ d. i. eine ausführliche Beſchreibung der berühmten Walfahrt Maria Stern zu Tæxa bey den P. P. Auguſtinern Barfüſſern/ welche ſeinen urhebl. Angang genommen von einem Hennen Ey/ auf dem durch Anordnung des Himmels ein ſtrahlender Stern erhoben ware/ in deſſen Mitten ein ſchön gecröntes Frauen-Haupt &c. 8v. 1685. cum fig. Ovum figuratum, cujus apex turritum muliebre ornamentum (quod Galli Fontange vocant) & huic incumbentem parvum puſionem repræſentabat, Norimbergæ ſeculo ſuperiori A. 1690 d. 30. Jul. a gallina quadam nigra partu excluſum eſt prout integra hiſtoria legenda & icon ovi depictus videndus apud Chriſt. Lehmannum in Theatro hiſtorico rerum naturalium & memorabilium territorii montani Miſnici germanico ſermone conſcripto pag. 171. ſub titulo: Fontangen-Ey. D. Stephan. Blankart in Collect. Med. Phyſic. Part. II.

pag.

S. Maria ad Stellam
in Texa.

pag. 148. obſervationem ovi, ſtellam cometam in cortice exhibentis, memoriæ tradidit. Cum Romæ gallina quædam in ædibus Domini Maſſinii de nocte clamoſa voce audiretur, qui à ſervitiis erat furem adeſſe putans de lecto ſurgit & modo excluſum ovum exacte cometam, qui eodem tempore nempe A. 1680 & 1681. in nubibus toti ferme Europæ terrori erat, exhibens invenit, tremens & horrore undique perfuſus ſervus derepente viſa & audita domino ſuo narravit, inſimulque ovum monſtravit. Hic altero mane ſtatim id Papæ, Reginæ Sueciæ & reliquis Romæ Magnatibus videndum & admirandum obtulit; hoc ovum poſtea æri à cælatore inciſum & hinc inde diſtributum varias eruditis & ſpeculationes & cogitationes excitavit. Nec ſilentio prætermittendum erit mirandum iſtud ovum, cujus Theatr. Europ. Tom. IX. pag. 1550. meminit, in quo conſpiciebantur acinaces vagina denudatus, crux & virga. Ne autem patientia Tua in legendo abutamur, plura figuris notata ova non adducemus, firmiter autem perſuaſi ſumus, tales icones in recenſitis & aliis ovis, ut & in Tæxenſi ad St. Mariæ ſtellam, partu editis, nulli miraculo, ſed ſoli harum domeſticarum volucrium imaginationi adſcribendas eſſe, cum gravida talis gallina divam Dei genetricem in templo vel domo quadam optime veſtibus ornatam viderit, (uti modo dicta gallina Tæxenſis, quæ ſæpius forſan hanc Deiparam virginem cum filiolo benedicto aſpexerit, ſibique rudem & incompletum de iſta fecerit conceptum,) poſtea demum ovum excluſerit fœmina quadam & infante figuratum. Noli autem credere, figuram ita exactam & perfectam, prout hic eam in icuncula vides & prout eam Viennæ Auſtriæ ante aliquot annos accepimus, in ovo iſto naturali extitiſſe, ſed nobiſcum puta, pictorem & ſculptorem ærarium figuram multo elegantiorem & magis completam penecillo chartæ appinxiſſe & inſtrumento in ære cælaſſe. Gallina, quæ ovum turrito mulierum ornamento & infante ornatum peperit, tunc temporis imprægnata aſpexerit ſequioris ſexus perſonam talem mundum muliebrem in fronte & in-

ſantem in brachiis moventem, geſtantem, inde ſibi conceptum rudem formavit, phantaſiæ impreſſit, cum ovo figuras viſas communicavit, & ovum hinc, ut modo à nobis delineatum, partu edidit. Ad ovum quod attinet cometicum, gallina de die ſæpius tunc temporis iſtam in cœlo rutilantem barbatam & caudatam mirandæ magnitudinis ſtellam intuens, phantaſiæ & imaginationi ſuæ id lumen ſtupendum imprimens & in ovi cortice delineans, ovum, cui cometæ icon adpicta, edidit. Par & eſt ratio iſtius ovi, cui crux, virga, acinaces &c. adpicti viſi ſunt, gallina aſpiciens ejusmodi inſtrumenta & res, conceptum ſibi formavit & viſa in ovo delineavit, ſicque peperit ovum figura rudi exprimens crucem, virgam, acinacem &c. Habent animalia ovipara æque ac vivipera ſui generis phantaſiam & imaginationem, ſed omnimode diverſam & ab humana plane diſtinctam, cum hæc ſit longe excellentior, multo nobilior, variisque modis præſtantior. Generant & pariunt ovipara & vivipara animalia ex hac imaginatione, quando corrupta aliisque viſis objectis tempore coitus & graviditatis imbuta exiſtunt, non ſecus ac homines, monſtra & fœtus a ſuo genere diverſos, aberrantes, corruptos, mutilatos, incompletos, aliter, ac genus, ſexus & propagatio a ſuâ divinitus inditâ naturâ poſtulat, figuratos & formatos.

De terra ſic dicta Ulricana ſequentia inaudivimus, quæ voluntarie Tecum communicabimus. Hæc cinerea & pulverulenta materia à pontificiis in monaſterio quodam Auguſtæ Vindelicorum, parvis ſacculis ſericis varii coloris indita, diſtribuitur, ſic cognominata eſt à Sancto Ulrico, glirium expulſore, qui, ſecundum pontificiorum traditionem, omnes mures majores, nocivas iſtas beſtias, ſuis ardentibus precibus ex tota hac ampliſſima urbe non tantum, ſed & ex tota circumjacente vicinia expuliſſe, omnesque & ſingulos in quandam ſpeculam, quæ hodienum in templo divo Ulrico dicato, ibi videnda, proſcripſiſſe perhibetur.

Terra

Terra hæc in iſto effoditur loco, in quo divi Ulrici oſſa ſepulta jacent, hinc reliquiis canoniſatis iſtius ſancti viri mixta dicitur. Ejusmodi ſacculi ſerici terra, cinere ac pulvere reliquiorum impleti & in alia loca extra Auguſtanam urbem transportati eandem vim glirium expulſivam retinere traduntur. Tres tales ſacculos ſimul uno tempore in domo quadam Brunſvigæ ante aliquot annos aſſervavimus, ſed effectus expulſivus nobis non ſucceſſit, nam hæ beſtiolæ, reſpectu iſtius pulveris non territæ, omnes domus & hypocauſti angulos ut olim ſic & porro perreptarunt. Cum terra quoque & ſchedulam accepimus, in ſequentia verba typis excuſa legenda: Ehrwürdiges Heylthum von der Erden des Grabs / und darin geweſenen Fleiſch des H. Beichtigers und Augſpurgiſchen Biſchofs Udalrici, welche / ſo ſie ehrwürdig aufbehalten und zuförderſt göttlicher / alsdann auch dieſes groſſen H. Ehr einige gute Wercke / als Gebet / Faſten / Allmoſen / Opffer in den Kirchen-Stock und dergleichen verrichtet werden / wunderſahme Krafft haben / die ſchädliche Ratzen aus dem Häuſern und Nachbarſchafft zu vertreiben / wann nemlich ſolche Particul mit veſten Glauben und guten Vertrauen an dergleichen Ort aufgehängt / oder ſonſt verwahret werden. Und dieſes aus ſonderbaren Privilegio, mit welchen der allgütige GOtt die hohe Verdienſt ſeines ſo lieben Dieners Udalrici mit einem ewigen Wunder bewürdigen wollen. vid. plura in den Breßlauer K. und N. Geſchichten XXXV. Verſuch pag. 214. it. in Happelii Relat. Cur. Part. IV. p. 84. it. G. Ludovici de St. Ulrico, glirium expulſore, qui liber Anno 1693. impreſſus hactenus à nobis nondum viſus fuit; it. in P. L. Berckemeyers vermehrt. curieuſen Antiquario per Europam p. 402. Verum autem & certum eſt, integram Auguſtanam urbem totamque viciniam circumcirca his beſtiolis vacuam eſſe, cauſa autem non quærenda in hujus ſancti proſcriptione putatitia, ſed naturalis, adhuc latens, ſine dubio adeſt, quæ oculatioribus phyſicis naturæ penetralia & miranda ſedulo rimantibus ſine dubio ſeſe offerret, ſi cogitationes in

eam

eam inquirendam & ſtudium ſuum dirigere vellent. Præterea & in Sueciæ regno, teſte modo dicto Happelio l. c. pag. 502. terram quandam glires non tolerantem habemus, quæ & in aliis locis diſperſa eandem virtutem retinet expulſivam & ex cauſa naturali, arſenicali forſan & venenata, hos mures majores procul fugat & pellit. Hoc murium quoque genus ex alia regione Auguſtam delatum, non diu vivit, ſed vitam mox exhalat, & ſic forſan in aëre, in aquæ & terræ effluviis aliquid gliribus inimici, nocivi, venenati & arſenicalis abſtruſum & reconditum latere poteſt, quod homines adhuc fugit. Sunt & porro plures terrarum loci, qui hæc nociva animalcula plane ignorant, nec St. Ulricum unquam vixiſſe & in mundo fuiſſe ſciunt, forſitan & ad hoc numerari poterit Auguſtanorum gliribus vacua regio? eſt Inſula Maris Baltici, Rugia Germ. Rügen dicta, quæ glires non ſinit eſſe vivos; eſt inſula ſeptem diſtans milliaribus Holmiâ Sueciæ, nec glires nec mures to'erans. Silentii peplo involvemus reliquas regiones & loca iis carentia, ne Tibi vomitum. de hoc nauſeoſo animalculorum genere plura ſcribendo, excitemus. Dies diem docet & ſedula noſtri ævi phyſicorum in recondita naturæ miracula indagatio, quæ jam multa majoribus noſtris nec per tranſennam viſa, nec cogitata unquam, detexit, hæc & nobis tempore indicabit veram & naturalem cauſam, ob quam hic Auguſtæ & quibusdam aliis locis glires non poſſint aura vitali frui.

Vale, Vir clariſſime atque Doctiſſime, cum tota Tua honoratiſſima familia, & me redamare ut olim ſic & porro perge ſemper Tuum. Dabam Wolffenbütt. die 1. Mart. 1729.

FRANCISCI ERNESTI BRÜCKMANNI
MED. DOCT. ETC.

EPISTOLA ITINERARIA VIIma
DE

FIGVRATIS ET ALIIS
QVIBVSDAM CVRIOSIS
LAPIDIBVS
IN

ELECTORATV HANNOVERANO
OBVIIS
AD

VIRVM CLARISSIMVM, AMPLISSIMVM
ATQVE DOCTISSIMVM DOM.

DOM. ALBERTVM RITTER,
REGII PHRONTISTERII ILFELDIACI AD FAVCES
HERCINIÆ COLLEGAM,
PRÆCEPTOREM QVONDAM FIDELISSIMVM
NVNC
AMICVM CARISSIMVM ET OMNI HONORE PROSEQVENDVM.

WOLFFENBÜTTELÆ.
ANNO CHRISTI M DCC XXIX.

VIR CLARISSIME ATQVE DOCTISSIME,

FAVTOR ET AMICE INTEGERRIME!

OMnem, quam poſſumus, Tibi remittimus gratiarum actionem pro curioſis figuratis lapidibus & Alabaſtritis varii coloris æque ac variegatis minerisque metallicis, quibus regio Ilfeldenſis & vicina Northuſana, Stollbergenſis, Hohenſteinenſis abundant, quorum nos participes & quibus muſeolum noſtrum metallicum locupletius & auctius reddere non detrectaveris; cumque ſimul nobis aurem vellicaveris, ut ſub finem ſuperioris anni inceptas epiſtolas itinerarias continuaremus, petitis Tuis ſatisfacere non recuſabimus. Ante aliquot annos lapicidinas va-

rias, aliaque loca, in quibus lapides figuris peculiaribus insigniti inveniendi dicebantur, in Electoratu Hannoverano plus vice simplici visitavimus, nuncque de iis observata nostra tunc temporis facta Tecum communicare constituimus. Haud procul urbe Hannovera in luco opaco & delicatissimo conspicitur castellum Ill. Comitis de Platen, Lindenum dictum, cui ad latus dextrum lapicidinarum longa lataque series, in quibus partim murarii lapides pro ædificiis exstruendis, partim calcarii pro conficienda calce nunquam non exscinduntur & effodiuntur. Cum his simul in variis subterraneis stratis protractum vidimus Selenitem rhomboidalem, sic dictum, quia hic geometricus lapis, vel in minima & vix visibilia fragmenta confractus, retineat tamen figuram quandam rhomboidalem. Colorem monstrat duplicem, unum splendentem pellucidum instar glaciei Mariæ, ad cujus familiam unanimi lithologorum consensu pertinet, alterum lacteum obscurum nec pellucidum. Ustione in gypsum bonæ notæ convertendus est hic lapis; gaudet quoque quibusdam venis luteis pulverulentis instar Ochræ, quæ terrestris materia digilis facile in pollinem luteum abit, & pictoribus forsan usum præstare posset, si hanc ochram colligere, lavare & ab adhærentibus quisquiliis arenosis purgare vellent. Sunt & strata lapicidinæ, in quibus invenimus lapides Judaicos, cochleas marinas tortiles majores petrifactas, vulgo Strombitas, haud vulgari modo intortas, figurâ conoidea oblonga gracili, cinerei coloris; parvos cochlitas quorum quidam vix acus globulum pondere & magnitudine superabant, gryſei, brunni & lutei coloris; lapides Lyncis minores sed vulgares, &c. Fortuna quoque secunda in manus dedit lapidis calcarii frustrum optime signatis radiatis & copioso numero conspiciendis asteriis aspersum. Pone viridarium Regium Hernhusanum, quod gratissima amœnitate & magnificentia splendidissima totius Europæ miraculum dici mereretur, inter lapides, arenas, sabulum & terram, quæ

ex

ex canalibus pro aqua ad machinas hydraulicas ducendâ magnis ſumptibus factis effoſſa & ejecta, obſervavimus plures lapides Lyncis minores, & in diffractis lapidibus corneis corallia marina varii generis petrifacta, aſterias radiatas pentagonas elegantiſſimas, echinitas & particulas teſtarum echinorum dilaceratas. Inveniuntur & lapides læves politi figurâ ovali, rotunda, tri- & multangulari, aliâque mathematica, qui omnes & ſinguli originem ſuam debent luſui, fortiori motui, triturationi, girationi & alluvioni aquarum, quibus lapides poliuntur, lævigantur, deteruntur, triturantur & in figuram quandam geometricam coguntur. Relatum habemus ripas non modo Leinæ, fluminis Hannoveram & Hernhuſum præterlabentis, Belemnitis ad aliquot milliaria repletas eſſe, ſed & ruſticos in diverſis agris eos copioſe vomere exſcindere ſolere, qui poſtremi intus cavitatem ſuam conicam materia alba cretacea repletam haberent. In aliis locis prope Hannoveram exarant echinos petrifactos, pileatos, rotundos, ſed aculeis ſpoliatos, coloris albi, cretâ parum duriores, diverſæ magnitudinis, Hut- oder Mützen-Steine; hi à ſuperſtitioſa ruſtica gente in uſum trahuntur, quando nempe vaccæ, loco lactis, ſanguinem ex uberibus mulgent, lapides pulveriſati non ſine felici effectu iisdem exhibentur; ſuturis, ſulcis & ad baſin diffuſis lineis non ſunt ornati hi echini foſſiles, ſed ſuperficies tota tantum, infra & ſupra, punctulis & peltis, absque oculo armato vix conſpicuis, notata, quæ peltæ nihil aliud ſunt, quam veſtigia radiorum echini, quibus nempe quondum cum animalculum viveret, aculei implantati exſtitêre. Lapides quoque bufonios ſeu Echinos foſſiles pileatos & rotundos ex præfectura Iltenſi (aus der Amts-Voigtey Ilten) dono accepimus, in quibus quinque geminati linearum ordines à vertice ſummo ad baſin æquali fere intervallo ſeſe diffundunt, ſpatia intermedia punctata ſunt, totum corpus cruſta lapidea tenui inductum & tectum, maſſa autem interna ex materia mere mar-

gaceâ conſtat. Tribus Hannovera milliaribus diſtat oppidulum Neoſtadium ad Leinam, vulgo **Neuſtadt am Rübenberg** dictum, hic loci ad ripam fluminis Leinæ omnis generis lapidum figuratorum farrago copioſa colligenda; adeſt ſtratum lutoſum & argillaceum ex nigro-cinereum tenax, in quo oſtreæ petrifactæ nigræ majores latent, adſunt maſſæ ex iſtis conglutinatæ xx. xxx. & plurium librarum. Adeſt ſtratum, in quo ab aqua alluente politi, lævigati & perforati viſuntur lapides argillacei, foramina excavata ſunt oblonga & rotunda, ac ſi ab inſecto quodam perterebrata eſſent. Adeſt ſtratum, in quo peculiares lapides ex meris parvis pyramidibus conſtantes, unius baſis alterius apici ſemper firmiter agglutinata, plures tales erectæ & inverſæ pyramides hoc concretum lapideum ſiſtunt. Hinc inde cum lithophylis hujus mirandi lapidis fruſta communicavimus, latet autem adhuc omnes, quid ſit? ſunt equidem, qui putant, eſſe balanos marinos in lapidem converſos; ſunt &, qui lignum olim fuiſſe & petrifactum, **ein gegen die Axe zu fibrirter Splitterholtz-Stein**/ exiſtimant; ſunt autem meræ conjecturæ, quæ ad lapidem hunc non quadrant. Ad pagum Gremshuſen in Abbatia Ganderſienſi idem lapidis genus reperiundum, non diſtans ab hoc niſi ſolo colore livido, qui in Neoſtadienſi albus eſt. Adeſt terræ ſtratum, in quo globuli cani non adeo duri, his per medium confractis in apricum venit corpus quoddam rude, informe & quod cognoſci nequit, eleganter ſplendentibus nigris ſquamis, piſcium inſtar exornatum. In alio ſtrato reperiuntur renes lapidei oblongi & craſſi, brunni coloris, qui longitudinaliter ſciſſi integrum gammarum marinum cum cruſta, chelis & pedibus optime exhibent. Hos renes ipſimet præſentes non obſervavimus, ex liberaliſſima tamen donatione Excell. D. Hugonis, Archiatri Regii conſultiſſimi, tria iſtorum exemplaria in muſeolo noſtro poſſidemus, qui iſta

An-

Ep: Pt: VII.




Fig. I.
Ep: Tt: VII. b.
II.
IV.
III.

Anno 1728. nobiſcum benevole communicavit, ſimulque perſcripſit, nullo non anno Neoſtadii nova ad Leinam ſtrata novis figuratis lapidibus antea non viſis ibidem referta, quando nempe fortiores aquarum impetus & inundationes priſcas avellerent & eluerent ripas, provenire. Adeſt ſtratum magnum & longe ad flumen protenſum, in quo conchæ minores bivalves læves innumero numero colligendæ, partim teſtâ orbatæ, partim teſtâ gaudentes, hacque iterum albâ, nigrâ, luteâ inſtar terræ ochræ, brunna, ruffa & variegata, qualis videnda in conchis marinis ad littora Hollandiæ vulgo an den Scheffinger Muſcheln; partim adhuc in matrice hærentes, partim ſunt conquaſſatæ & teſtam confractam exhibent. Harum tanta copia proſtat, ut plauſtra iisdem onerari poſſent. Adeſt ſtratum, in quo elegantiſſimi turbinitæ, partim in matrice, partim extra hanc, quorum icones videndi in Theſauri noſtri ſubterran. Ducat. Brunſvic. Part I. Cap. XXIV. pag. 124. Tab. XXIV. Fig. I. II. III. ſunt fruſta lapidea ex meris ejusmodi majoris & minoris familiæ turbinitis concreta; ſunt & lapides fiſſiles cinerei non admodum duri argillacei, qui in interſtitiis ſuis turbinitas minimos albiſſimos, absque oculo armato vix conſpicuos, elegantiſſimos tamen monſtrant & exhibent. Adeſt ſtratum, in quo Cornua Ammonis ſpiris in ſe convolutis & intortis ad inſtar Cornu Arietini leguntur. Adeſt inſula in flumine Leina non admodum magna ad latus dextrum pontis oppiduli Neoſtadii ſita, quæ ex meris ferme petrifactis echinorum marinorum radiis, quos vulgo Belemnitas vocant, coacta & concreta Per pagum Marienhagen, qui duobus Hannoverâ diſtat milliaribus, rivulus tranſit, hic quando poſt diluvia examinatur, præbet elegantiſſima Cornua Ammonis minora & lævia, lineis deſtituta & aſpera ſuperficie prædita, tuberculata & verrucoſa, armatura orichalcea, ob quam ruſtica gens putat aurum eſſe. Ante aliquot annos Paſtor iſtius loci, Reverend. D. Ho-

D. Hogreven, quoddam raræ magnitudinis ibi ad modo dictum rivum eruit, quod craſſitie duorum digitorum, circumferentia Imperialis erat, quodque adhuc in beati defuncti & ſumme venerabilis viri Abbatis Schmidii collectione rerum naturalium & artificialium Helmſtadii ab hæredibus
TAB. I. aſſervatur. Iconiſmum hujus Cornu habe in appoſita tabula ænea. Interdum & parvæ conchulæ, cochleæ minores & turbinitæ exilis metalliſatæ cum Ammonis cornubus effodiuntur & eluuntur. Omnia hæc foſſilia Mariæhagiana ex pyrite (gelben Kies) conſtant, cujus & fruſta varia absque notabili figura hic loci effoſſa vidimus. In campis autem hujus & vicinorum pagorum à ruſticis cochleæ majores
TAB. II. petrifactæ, quarum icones hic Tab. II. vides, aratro exſcinduntur & à curioſis colliguntur; durities iis eſt admodum firma, materia calcaria; nunquam non extra matricem ſolutæ jacent, figura & magnitudo non ſemper eadem, uti ex adjectis quatuor earum ſpeciminibus videndum. Plura adhuc addere poſſemus de aliis in terris Hannoveranis repertis & reperiundis petrifactis, ſed epiſtola, nobis non cogitantibus, ita increvit, ut abrumpere, ne Tibi tædium creemus, coacti ſimus. Vale reliquum feliciter & nos amare perge, qui ex animo Tibi favemus.

Wolffenb. d. 2. April. 1729.

FRANC. ERN. BRVCKMANNI

MED. DOCT. &c.

EPISTOLA ITINERARIA OCTAVA

SISTENS

MEMORABILIA BAMBERGENSIA

AD

VIRVM

PLVRIMVM REVERENDVM, AMPLISSIMVM,

DOCTISSIMVM DOMINVM

DOMINVM

FRID. CHRISTIAN. LESSER

PASTOREM NORTHVSANVM AD MONTEM

MARIÆ VIRGINIS VIGILANTISSIMVM

ET

ORPHANOTROPHII ADMINIST. SPECTATISS.

FAVTOREM ET AMICVM CARISSIMVM.



CVM FIG.

WOLFFENBVTTELÆ

ANNO CHRISTI MDCCXXIX.

VIR PLVRIMVM REVERENDE ATQVE DOCTISSIME,

FAVTOR ET AMICE CARISSIME!

INter alia nobiliora Europæ loca & menſe Januario Anno 1725. Bambergam ſatis magnam & amplam, Romano-Catholicæ fidei addictam, viſitavimus urbem, (quæ quoniam muris & fortalitio caret, ad maximos ſaltim refertur pagos) ad Electorem Moguntinum, qui tunc temporis hic loci reſidebat pertinentem. Sita eſt hæc urbs in plaga admodum fertili & fœcunda, vites viniferæ & uvæ dulces oculos & animum recreant, frumenta ſat copioſa & turgentia hilarem dant meſſem, olera hortenſia & herbæ ſativæ, quæ in uſu cibario eſſe ſolent, præ aliis ſapida; ceparum & liquiritiæ tantus proventus, ut de poſteriori dulci radice infinitis Europæ officinis pharmaceuticis quotanis proſpiciatur. Plurimis urbs gaudet templis & monaſteriis, ſic adeſt Conventus Patrum Societatis Jeſu, vulgo Jeſuitarum, Dominicanorum, Capucinorum, Franciſcanorum, Carmelitarum, Canonicorum, quos Dohmherrn appellant; ſic proſtant bina virginum cœnobia &c. Templum cathedrale Collegii Canonicorum ſat ſpatioſum ſecundum artem quadratariam ex ſaxo duro conſtructum eſt; ante hujus portam duo bufones, in magnitudine leonum, ex lapide cæſi viſuntur; traditio ſequens de iſtis hic Bambergæ vulgo circumfertur: Cum hujus ſacræ & magnificæ ædis fundamenta ponerentur, duo bufones vivi, magnitudine leonum, in terra reperti, qui incrementa hujus ſacræ domus inhibere conati, imo aliquoties muros jam conſtructos & fundamenta lege architectonicæ poſita deſtruxerunt & plane diruerunt, hinc hæ beſtiæ Satanicæ, (naturales enim bufones in tantam nunquam excre-

excreſcunt molem) telis transfixæ ſunt & in memoriam ſupradicti bufones lapidei eadem magnitudine & mole, qua vivi fuerunt, hic ante templum poſiti cernuntur. Relatio fabulam redolet. Statim ac hanc ædem ingreſſi ſumus, viſui occurrit ſic dictus *perpetuo ridens angelus*, qui ſignum hujus templi mnemonicum, Wahrzeichen / conſtituit; hic angelus eſt ſtatua lapidea, quæ ex omni plaga & quacunque regione, ſit dextrorſum, ſit ſiniſtrorſum, viſa, ſemper ridens apparet. Eſt & adhuc alterum ſignum mnemonicum, nempe ſtatua Divum Stephanum, Regem Hungariæ fortem, equo animoſo & alacri inſidentem repræſentans, eo modo cæſa, quo Rex gratia inviſendi Heinricum Imperatorem Bambergam ingreſſus. Silentio vix præterire poſſumus ſepulchra, in quibus corpora Imperatoris Heinrici & Kunigundæ examinata quiete dormiunt, ridiculamque traditionem de horum miraculis: Imperator prius e vita diſceſſit & ſepultus, poſt & Imperatrix animam efflavit, cum vero hujus cadaver exſtinctum ad latus cariſſimi conjugis ſiniſtrum poneretur, corpus exanime Imperatoris ex ſepulchro de loco ſuo ſponte ſe movit, latus uxori conceſſit dextrum, ſuperioremque ſe eſſe voluit, & ſic de manu dextra & ſuperioritate mortui certarunt. Poſtea nobis monſtrabatur campana metallica cum parvo foramine. Imperator modo laudatus & Imperatrix, quilibet & quælibet ſeorſim fundi campanas curarunt; ſed iſta, quæ juſſu Kunigundæ conflata erat, ſonavit clangorem multo gratiorem & auribus ſuaviorem, præ iſta Cæſaris campana; Imperatrix, cum animadverteret, id cariſſimo conjugi tædium afferre, detrahit annulum digito ſuo & jecit iſtum ad campanam, qui vero ſibi foramen in metallo iſto duro fecit & per campanam in templum decidit; vis ſtupenda ictus fuit, nam ſpatio unius horæ Imperatrix ab urbe, cum annulum, parvæ molis corpuſculum, in campanam conjiceret, diſtabat. Hoc foramen clangorem ſonorum & auribus antea gratum metalli infregit. Hic ictus, ſi verus nec fictitius, neceſſe fuit merum & ſtupendum miraculum, aliter impoſſibile fuiſſet, annulo quodam in propinquo, multo minus procul & longe, ex diſtantia totius horæ, foramen per campanam ex metallo duro conflatam trajicere & iſtam perforare. In peculiari concameratione

hujus templi admodum dives ex auro, argento, cimeliis pretiosis, gemmis, unionibus & Reliquiis thesaurus visendus, in hoc præcipue altare portatile ex Onyche multis figuris affabre cælato, album lapidis semper figuras repræsentat, & id quod in lapide obscurius est, nunquam non sistit campum. Hæc gemma permagno & aliquot millionibus æstimatur. Adest corona Imperatoris Heinrici, qua Romanorum Imperator caput cinctus fuit, Bambergenses perhibent, si solenne adhuc esset, Romæ Imperatores diademate coronare, necesse foret, hanc semper coronam tunc temporis Romam transportare. Pone hanc & Imperatricis Kunigundæ diadema conspicitur. Porro particula clavi, quo Christi, Salvatoris nostri, manus altera crucis maledicto ligno affixa fuit; hoc frustulum miracula efficere innumera Romanæ fidei addicti perhibent, præcipue curare & exstinguere dicitur cancrum putidum mammarum. Omnibus & singulis, qui hunc clavum visendi gratia accurrunt, ad osculum porrigitur, ii quoque dono accipiunt libellum parvum quinque foliorum in forma octava, in
Fig. I. quo frustulum clavi æri inciſum cum appensis litaniis & variis ad hunc clavum precibus. Libellus, antequam dono cuilibet datur, prius clavo parum affricatur, & sequentia in se continet verba: „En tibi qui hæc aspicis ad vivum expressum & depictum SStum „Clavum, quo Redemtor noster ligno crucis affixus fuit a S. Hen„rico Imperatore inter alias SS. Reliquas ex speciali amore Spon„sæ suæ Ecclesiæ Cathedrali Bambergensi Clementissime dono re„lictum Anno 1012.

Wahrhaffte/ eigentliche Contrafactur des mercklichen Theils eines aus denen heiligen Nägeln/ mit welchen unsers HErrn JEsu Christi Händ durchstochen/ und an das Creutz genaglet worden/ so von dem H. Kayser Henrico, tausend zwölff/ dem hohen Kayserl. von ihme gestifften Domstifft zu Bamberg/ als es consecrirt/ und GOtt zu Ehren geweyhet/ neben einem grossen Stück des heiligen Creutzes verehret worden; Inmassen Leopoldus de Bebenburg, in libro de Zelo Principum Germaniæ Cap. 12. bezeuget/ und wird die Wahrheit obberührten H. Nagels/ wie von Alters hero/ also auch noch auf heutigen Tag/ mit viel und grossen Wunderzeichen confirmirt und bestättiget. Cum permissu Superiorum. 8v. Bamberg. 1723.

Litaney

Ep: Itiner: VIII.

II.

Fig: I.



J. S. S. fc.

Litaney zu denen H. H. 5. Wunden unſers Erlöſers und Seelig-machers JEſu Chriſti.

Kyrie eleiſon / Chriſte eleiſon / Kyrie eleiſon / Chriſte höre uns / Chriſte erhöre uns.

Chriſte / der du für uns gecreutziget biſt worden / erhöre uns.

GOtt Vater vom Himmel / GOtt Sohn Erlöſer der Welt / GOtt Heiliger Geiſt / Heilige Dreyfaltigkeit ein einiger GOtt /

JEſu Chriſte / der du unſertwegen deine heilige 5. Wunden zu empfangen / dich deinen himmliſchen Vater freywillig anerbothen /

JEſu Chriſte / der du die H. H. 5. Wunden unſertwegen zu empfangen / und dein roſenfarbes Blut für unſer Heil daraus zu vergieſſen / mit unausſprechlicher Liebes-Begierde biſt angetrieben worden.

JEſu Chriſte / der du den Anfang deiner H. H. 5. Wunden in koſtbarlichſten Bluts-Vergieſſung in der ſchmertzlichen Beſchneidung GOtt deinem himmliſchen Vater für uns aufgeopffert /

JEſu Chriſte / der du von denen Juden zum Creutz und Wunden für uns begehrt biſt worden /

JEſu Chriſte / der du zum Creutz und ſchmählichen Tod durch ungerechtes Urtheil verdammet biſt worden /

JEſu Chriſte / der du deine H. H. 5. Wunden für uns zu empfangen auf den Berg Calvaria ausgeführt biſt worden /

JEſu Chriſte / der du mit ſtumpffen Nägeln an das ſchmähliche Creutz angehefft / und an Händ und Füſſen ſchmertzlich durchgraben biſt worden /

JEſu Chriſte / der du in deiner H. Seiten und gebenedeyten Hertzen mit dem Speer durchſtochen und eröffnet worden /

J. C. aus deſſen H. H. 5. Wunden der Werth unſerer Erlöſung reichlich gefloſſen /

J. C. der du in deinen H. H. 5. Wunden den Brunn-Quell des ewigen Lebens uns haſt eröffnet /

J. C. der du durch deine H. H. 5. Wunden die gantze Welt haſt erlöſt /

J. C. der du in deinen H. H. 5. Wunden einen ſonderlichen Schutz in aller Widerwärtigkeit uns haſt vorbereitet /

J. C. der du durch deine H. H. Wunden in deine Glory und Herrlichkeit biſt eingangen /

Erbarme dich unſer!

J. C. der du deine H. H. 5. Wunden vom Todt frölich aufstehend in deinem glorificirten Leib hast behalten/

J. C. der du mit deinen H. H. 5. Wunden die gantze himmlische Stadt Jerusalem mit wunderbarlichen Glantz erleuchtest/

J. C. der du durch Zeigung deiner H. H. 5. Wunden GOtt deines erzörneten himmlischen Vaters gegen uns Sündern gefasten Zorn unaufhörlich abwendest/

J. C. der du mit deinen H. H. 5. Wunden am Jüngsten Tag wiederum wirst erscheinen/

J. C. der du mit deinen H. H. 5. Wunden am Jüngsten Tag deine Auserwählte mit unaussprechlicher Freud wirst erfüllen/

J. C. der du am Jüngsten Tag durch deiner H. H. 5. Wunden Anblicke/ die Gottlosen über alle massen wirst erschröcken/

Sey uns gnädig!

Verschone unser HErr JEsu Christe/ durch deine H. H. 5. Wunden.

Sey uns gnädig!

Erhöre uns HErr J. C. durch deine heilige 5. Wunden.

Von allen Ubeln Leibs und der Seelen/ erlöse uns HErr J. C. durch deine heil. 5. Wunden.

Von dem gähen/ unversehenen/ unseeligen Todt und uhrplötzlichen Sterben/ erlöse uns/ ꝛc.

Von allen Fallstricken der teufflischen Versuchungen / erlöse uns / ꝛc.

Von dem Urtheil der ewigen Verdammniß: Gehet hin ihr Vermaledeyte / erlöse uns / ꝛc.

Wir arme Sünder bitten dich/ erhöre uns.

Daß du unser durch deine H. H. 5. Wunden verschonest/

Daß du uns zu andächtigen und eiffrigen Liebhabern deiner H. H. 5. Wunden aufnehmen / und dieselbe ohn Unterlaß zu ehren/ durch deine Gnade wollest bestättigen/

Daß du uns deine H. H. 5. Wunden in unsern letzten Nöhten/ zu einer sonderlichen Zuflucht verstatten und verleihen wollest.

Daß du in der allerheiligsten Wunden deines gebenedeyten Hertzens/ unsere Seelen / wann sie vom Leibe abgesündert / auf- und annehmen wollest/

Erbarme dich unser!

Wir bitten dich/

Daß

Daß du alle Secten und Irrthumben ausreuten / und die irrende Schäfflein zu der rechten Einigkeit deiner H. Kirchen wiederum bekehren wolleſt /

Daß du alle Catholiſche Fürſten in rechter und wahrer Einigkeit erhalten wolleſt /

Daß du Krieg und Blut-Vergieſſung / Aufruhr und Widerſetzung gegen der ordentlichen Obrigkeit dämpffen / und von unſerem Vaterland Teutſcher Nation verbannen wolleſt /

Daß du Theurung / Peſtilentz / und alle verdiente Straffen von uns gnädig abwenden wolleſt /

Daß du uns / ſamt allen Auserwählten am Jüngſten Tag mit dem allerholdſeligſten Anblick deiner H. H. 5. Wunden erfreuen wolleſt /

JEſu Chriſte / der du dieſe H. H. 5. Wunden am Creutz unſert wegen haſt empfangen /

O du Lamm GOttes / welches der Welt Sünd hinweg nimt / verſchone unſer wegen deiner H. H. 5. Wunden.

O du Lamm GOttes / ꝛc. erhöre uns wegen deiner ꝛc.

O du Lamm GOttes / ꝛc. erbarme dich unſer wegen ꝛc.

Kirie eleiſon; Chriſte eleiſon; Kirie eleiſon. Vater Unſer ꝛc. Ave Maria.

℣. Sie haben meine Händ und Füß durchgraben.

℟. Alle meine Gebeine haben ſie gezehlet.

℣. Mein Hertz iſt wie Wachs zerſchmoltzen.

℟. Mitten in meinem Leib.

℣. HErr erhöre mein Gebeth.

℟ Und unſer Flehen laſſe für dein göttliches Angeſicht gelangen.

Gebet.

HErr JEſu Chriſte / der du aus dem Schoos deines ewigen Vaters vom Himmel herab auf die Erden geſtiegen / und dein Roſenfarbes Blut aus deinen allerheiligſten 5. Wunden zu Vergebung unſerer Sünden mildiglich vergoſſen / dich bitten wir demühtiglich / laſſe uns am Tage des Jüngſten Gerichts zu deiner Rechten die liebliche und holdſelige Stimm hören: Kommet her ihr Gebenedeyten meines Vaters / und beſitzet das Reich / welches euch vor Anbegin der Welt iſt bereitet.

2. O GOtt/ der du durch die glorwürdige Wunden deines eingebohrnen Sohns J. C. unſere Seelen erlöſen und heiligen wollen/ wir bitten dich/ verleihe allen denen/ die ſich der Ehr dieſer H. H. 5. Wunden unabläßig erfreuen/ deines Schutz und Schirms in allen Nöhten und Widerwärtigkeiten zu genieſſen.

3. O GOtt/ der du gewolt/ daß dein geliebter Sohn die ſchmertzlichſte 5. Wunden am Creutz unſertwegen empfinge/ damit wir von des hölliſchen Feinds Gewalt in Dienſtbarkeit errettet würden; Gieb uns deinen Dienern/ daß wir durch höchſt-ehrengedachte H. H. 5. Wunden die glorwürdige Auferſtehung zum ewigen Leben erlangen.

4. O GOtt/ der du durch die H. H. 5. Wunden deines Sohnes unſers Erlöſers ein Mittel des ewigen Heyls der gantzen Welt verſchaffet; wir bitten dich/ verleihe deinem Volck alle nothwendige himmliſche Gaben/ damit es die rechte Freyheit im ewigen Leben/ mit unaufhörlicher Freude beſitzen mögen.

5. HErr JEſu Chriſte/ du Sohn des lebendigen GOttes/ der du für das Heyl der Welt am Stammen des H. Creutzes/ die H. H. 5. Wunden unſertwegen empfangen/ aus welchen du dein allerkoſtbarliches Blut/ um Erlöſung unſerer Seelen ſo reichlich vergoſſen; wir bitten dich demühtiglich/ laſſe uns nach unſerem Abſchied von dieſem Jammerthal in dein himmliſches Paradeiß mit Freuden gelangen/ darin wir dich neben allen Auserwählten/ in alle Ewigkeit loben/ preiſen und ehren mögen. Amen.

Gebet zu dem H. Käyſer Heinrich.

Seye gegrüſſet du ewig-grünende Blum der Keuſchheit/ ſeye gegrüſſet du Spiegel der vollkommenen Reinigkeit/ du Stiffter des hohen Domſtiffts Bamberg/ Heiliger Kayſer Heinrich/ deinem allergetreueſten Schutz ergebe ich mich vollſtändig/ und überlaſſe mich dir mit andächtigen Hertzen gäntzlich/ du wolleſt mit deiner hochvermögenden Vorbitt mir hülfflich erſcheinen; in allen Nöhten und Angelegenheiten meines Lebens Hülff leiſten/ ſtehe mir bey im letzten Augenblick/ wann ich das Jammer-volle Leben beſchlieſſen und verlaſſen/ auch von deſſen zugebrachten Lauff die genaueſte Rechenſchafft werde geben müſſen/ auf daß ich mit allen heiligen Sacramenten verſehen/ von allen Macklen der Sünden gereiniget/ und vermit-

telſt

telſt vorhergehender göttlicher Einſprech- und Ermahnung deſto fertiger mich darzu bereite und anſchicke/ das allgemeine Looß des menſchlichen Lebens/ als den gebührenden Sünden-Sold bezahle/ und mit dir in Vergeſellſchafftung zu ewiger Ruhe und Frieden meine Seele von dem Leib aufgelöſt werde.

Gebet zu der H. Kayſerin Cunegund.

Seye du auch gegrüſſet mit deinem reinen und unbefleckten Ehe-Gemahl dem H. Kayſer Heinrich, du Schnee-weiſſe Lilien der Keuſchheit/ du Liebhaberin der Reinigkeit/ o heilige Kayſerin Cunegund/ dich bitte ich durch deine Jungfräul. Reinigkeit/ verlaſſe mich nicht am letzten End meines Lebens/ ſondern verſchaffe durch deine hochgültige Fürbitt/ daß ich durch vorhergehende Erkäntniß eines ſeel. Ends den Lauff meines Lebens vollende/ und mit mir wieder alle gewaltige Anfechtungen und Nachſtellungen des böſen Feinds dergeſtalt ſtreite/ damit im Stand der Gnad GOttes meine arme Seel in die Händ ihres Schöpffers aufgebe/ und denſelben mit dir und deinem H. Ehe-Gemahl/ auch allen Heiligen in der ewigen Seeligkeit ewiglich anſchauen möge/ Amen.

Particula iſtiusmodi clavi in Tullenſi templo monſtratur, quæ in Tabula addita pone fig. II. viſenda. Valentini in Muſ. Muſeor. Part. II. p. 196. Tab. XXXVII. fig. II. integrum clavum de cruce Chriſti oculis exhibet, qui Auguſtæ Trevirorum in Abbatia S. Maximi ſancte veneratur, & qui ſimilis iſti, qui Viennæ Auſtriæ in Theſauro Imperiali, item & iſti, qui auro incluſus in Fano St. Dionyſii Galliæ ſervantur, hic quando publice monſtratur, omnes & ſinguli genibus flexis iſtum ſancte colere coguntur. vid. Auli Apronii vermehrte Reiſe-Beſchreibung p. 142. Iſte clavus, qui Viennæ viſendus, dicitur perterebraſſe manum Chriſti dextram, ſecundum Pontificis cujusdam Romani atteſtatum, quod ſimul cum clavo aſſervatur, & quod quoque aperit, Conſtantinum M. iſtum clavum continuo in pileo geſtaſſe. it. Pontificem experimenta cum ipſo apud decumbentes ægrotos feciſſe, qui, licet fuerint miſerrimi, derepente tamen, ac clavus iſtos attigiſſet, de lecto ſani & hilares reſurrexiſſent. Hæc atteſtatio manuſpripta inſimul cum clavo a Pontifice Maximo Imperatori Conrado II. dono data, vid. plura in Küchelbeckers allerneueſten Nachricht vom Römiſch-Kayſerl. Hofe p. 863. Mediolani in templo cathedrali ejusmodi clavus maxima Fig. II

veneratione prosequitur. vid. Missons Reisen in Italien Part. II. p. 981. In templo Sanctæ Crucis Romæ ostenditur quidam clavus, qui per Dn. nostri Iesu Christi sanctas manus transfixus fuit. vid. Matth. Puel Itinerarium Thalassicum p. 184. Viennæ in templo cathedrali frustulum quoque clavi, quo Christus crucifixus est, vidimus. Salvatorem mundi tribus tantum clavis crucis ligno affixum fuisse credimus, id quod & Romano-Catholici ipsimet perhibent, interim cum plures, quam tres, apud ipsos clavi venerentur, serram contentionis inter se reciprocant de veris; quælibet enim ecclesia suum, quem asservat clavum, pro vero & genuino habet. Prudentiores inter Romanos dicunt, tres tantum esse veros, reliquos esse istos, quibus trabes crucis conjunctæ fuissent. Sed in fornicem, thesaurum Bambergensem continentem, revertimur, &, viso clavo, reliqua inspicere lubet; statim se offert auro obryzo inclusum frustum ligni crucis Christi, quale & Gandersheimii in Ducatu Brunsvigio, secundum Leuckfeldii Antiquitat. Gandersheim. p. 59. monstratur. Si placet, conferatur Epistola nostra Itinear. Vta de templo cathredrali Viennensi, in qua permulta hujus ligni fragmenta & particulas operose collegimus. In hoc Bambergensi thesauro est statua parva ex hoc crucis ligno confecta benedictam Dei matrem exhibens, in cujus cavo a tergo machæra vel gladius æque parvus confectus ex ferro lanceæ, qua Christi latus apertum fuit, cum epigraphe: und es wird ein Schwerd durch deine Seele dringen; quæ verba, sunt qui ita exponunt, vaticinium sint Salvatoris nostri, quo matri suæ prædicere voluerit plus quam divinum honorem, quem Romano-Catholici in se conferrent, quique honor ipsi ingentem dolorem, non aliter ac si gladio pungeretur, excitaret; an hæc Christi mens fuerit, dijudicent verbi divini interpretes. Porro adest iste clavus, quo inscriptio cruci supra caput Christi affixa fuit; Ensis Imperatoris Henrici; it. ejusdem hasta cum satis longa pertica; terra de monte Oliveto, in quo Apostoli sommo indulgentes quieverunt; pannus, quo Christus, finito pediluvio, suis ministris pedes siccavit. Particula lactis matris Dei; de eodem lacte pars quoque Gandersheimii asservatur. vid. Leuckfeld l. c. Quedlinburgi olim erat in Abbatia in fornice, das Zitter-Gewölbe dicta, vitrum, in cujus fundo materia alba sicca instar

calcis,

calcis, quæ lac matris Dei fuiſſe perhibebatur, ſchedula appenſa literis monachorum, vulgo Münnich Schrifft / exarata, hæc duo tantum continebat verba: Lac virginis. Hoc vitrum clementi juſſu jam regnantis Imperatricis Viennam Auſtriæ transmiſſum fuit. Sed iterum ad theſaurum Bambergenſem: adſunt iſtæ catenæ, quibus S. Petrus in carcere vinctus & conſtrictus fuit; it. fragmentum virgæ Aaronis, quæ ante altare, cum tribus ob ſacerdotium in partes diviſæ erant, germina emiſit. Liber Evangeliorum ex charta Pergumena, literis aureis elegantiſſimis, (quales pingendi ad artes hodie deperditas refertur) exaratus & ante mille jam annos confectus; liber miſſarum ejusdem ætatis, earundemque literarum pretioſarum ac antedictus; hoc libro Romano-Catholici monſtrare volunt, miſſam celebrare non eſſe novum inventum, ſed jam multis retro ſeculis ad cultum Dei uſurpatam. Altare portatile Imperatoris: Henrici ex auro, opere, uti vocant, moſaico & gemmis confectum, quod divus Cæſar nunquam non in itinere ſecum portavit & in quo ſæpius miſſam celebrari audivit. it. Cranium S. Kunigundæ; it. veſtimenta modo dictarum perſonarum, inter quæ iſta, quæ Kunigundæ olim corpus attigerunt, nunc partu difficili miſere laborantibus peculiarem virtutem exſerunt. it. Spina ex Chriſti corona deſumta, quæ ſpecifice auxiliari contra dentium dolorem perhibetur. Lituus ex auro Epiſcoporum iſtius loci; crux aurea, quæ ipſi ſemper præfertur; Machæra Equitis St. Georgii cœlo delapſa; duo urcei magni, in quibus Chriſtus in nuptiis Canæ Galilææ ex aqua bonæ notæ vinum miraculoſa & divina metamorphoſi confecit. Hæc bina vaſa non unius ejusdemque ſunt magnitudinis, materia ex qua apparet marmor rubrum maculis albis diſtinctum, licet Dn. Reverend. Pater, qui hos urceos nobis monſtravit, ex materia quadam artefacta confectos eſſe affirmaret; plane diſtant ab iſto urceo, quem ante annos aliquot Quedlinburgi in Abbatia vidimus, & quod ad ſtructuram. & quod ad materiam ex qua, colorem, magnitudinem & reliqua. Quidam ex iſtis urceis in theſauro Fani St. Dionyſii in Gallia, teſte Aulo Apronio in Itinerario p. 142. videndus; iterum quidam inter antiquitatis Urbis Andegavi in Tractu Andegavenſi Galliæ monſtratur, de quo vid. Talanders curieuſe und Hiſtoriſche Reiſen durch Europa p. 71. Quendam ex

istis VI. hydriis Quedlinburgi quondam vidimus, hic ex marmore pellucido, colore ex albo ad luteum vergente venis albis distincto, confectus, ansa altera deficit, quæ Coloniæ Agrippinæ sancte asservatur. An ejusmodi vasa sint genuina & revera ista, quæ in modo dictis nuptiis Christus vino repleverit, valde dubitamus; sacra scriptura saltim mentionem de sex hydriis fecit, & ejusmodi urcei in plus quam viginti locis monstrantur; dubitamus quoque sponsum & sponsam in istis nuptiis fuisse Evangelistam Johannem & Mariam Magdalenam, de qua controversia Paullini in seiner zeitkürtzenden erbaulichen Lust Part. II. Cap. LXXVIII. p. 420. legi merentur. Medici hujus loci celeberrimi tunc temporis Anno 1725. erant Liber Baro de Forstern, Archiater electoralis; Dom. Croi, vir perhumanus & doctus; Dom. Heinisch Med. Doct. & consiliarius metallicus; Dom. Otto Philip. Virdung ab Hartung, &c. In tractu Bambergensi radix dulcis & grata, Botanicis Liquiritia dicta, admodum copiose colitur, singulis tribus annis effoditur, siccatur & integris plaustris hinc inde per Europam distrahitur; hæc Liquiritia in agris disseminata, hic fasciculus, illic post duos passus iterum manipulus crescit. Olera in his agris meliora, sapidiora & dulciora sunt, præ istis, in quibus nulla Liquiritia provenit. Hæc grata radix occasionem proverbio dedit: Wenn Nürnberg mein wäre/ wolte ich es zu Bamberg verzehren/ vocatur quoque der seidene Faden der Heiligen Kunigundæ. De lapidibus curiosis addimus, lapidem Lyncis hic copiose reperiundum; inveniuntur & Cornua Ammonis parva, ex pyrite conflata, extus in superficie splendide aureo colore a natura depicta. Ad fabulas referimus, quæ de spectro, Perlefex dicto, narrantur, hoc nunquam non quatuor hebdomadas ante obitum cujusdam canonici in forma canis oculis igneis Bambergam percurrere dicitur. Sed limites epistolæ transgressi sumus, rogamus, velis, Vir plurimum Reverende, hæc minutula licet, sed fortasse oblectanea, non despicere, sed potius ut perenne cultus amicitiæque χάρισμα aspicere & nos amare, quemadmodum hactenus fecisti, non desinere. Vale,

Wolffenb. d. 1. Maji 1729.

(o)

FRANC. ERN. BRÜCKMANNI

MED. DOCT. &c.

EPISTOLA ITINERARIA NONA

SISTENS

ANIMALIA RARIORA

VIRIDARII VIENNENSIS

EVGENII FRANCISCI

SERENISSIMI PRINCIPIS SABAVDIENSIS, &c.

AD

VIRVM PRAENOBILISSIMVM,

AMPLISSIMVM, CONSVLTISSIMVM

PRVDENTISSIMVM DOMINVM

DOMINVM

AVG. WILH. TOEPFFER,

COMIT. DE WOLFFSTEIN ET PYRBAVM &c.

CONSILIARIVM AVLICVM ET PRAEFECTVM

SPECTATISSIMVM,

FAVTOREM DEVOTO REVERENTIAE

CVLTV DEVENERANDVM.

WOLFFENBVTTELÆ,

ANNO CHRISTI MDCCXXIX.

Vir Prænobiliſſime atque Doctiſſime,

Fautor Devenerande!

TAnta apud me eſt nominis Tui veneratio, ea officiorum vel potius beneficiorum Tuorum in me collatorum recordatio, ut nihil ardentius quam gratam mentem publice teſtandi occaſionem optaverim; cum autem maximum, quod nos intercedit, locorum intervallum, illam hactenus invideret, hanc quam nunc cernis epiſtolam nomini Tuo inſcribendam conſtitui, ne diutius ingrati, vel ſaltim parum grati, animi merito poſtularer, aut neglecti cultus & officii jure arguerer.

Princeps Sabaudienſis, Eugenius Franciſcus, Conſil. Cæſar. Roman. Aulic. bellic. Præſes, Belgii ad Auſtriæ Archiducatum pertinentis Adminiſtrator, Dux Generalis exercitus equitum & copiarum pedeſtrium omnium Caroli VI. Romanorum Imperatoris &c. natus ſuperiori Sec. Anno 1663. cujus victorias laureatas innumeras calamus meus obtuſus ſi adumbrare vellet, idem foret,

ret, ac conatus iſtius, qui atro carbone maximum iſtud mundi lumen, ſolem nempe, pingere conabatur. Sereniſſimus hic fortiſſimusque ſeculi hujus heros viridarium Viennæ Auſtriæ in ſuburbio habet, plus quam regium, in quo plures villæ & arces amœnæ: fontes mirum in modum ſalientes, varia domicilia calefacta pro meliori plantarum incremento, hybernacula, in quibus vegetabilia exotica & tenera a frigoris hyberni inclementia, glacie, nive & ventis tuta ſervantur; inter plantas rariores, quarum in his amœnis viretis bis mille numerantur, præcipue viſui ſe offert Arbor Camphorifera, Arbor ſenſitiva, Arbores grana Coffé ferentes. &c.

Vivarium & domus, in qua ex diverſis terrarum regionibus varia animalia, beſtiæ crudeles, belluæ feroces, raræ aves etc. viva ſervantur debitoque cuilibet cibo nutriuntur, in varias diviſa eſt cellulas & concamerationes in his adſunt candidi cygni, Pavones, Junoniæ aves, verſicoloribus plumis & cauda eleganti ſuperbientes, Grues vigilantes, Plateæ, vulgo Löffler / Löffel-Gänſe / quia roſtra habent inſtar cochlearium, & Schlangen-Freſſer / quoniam forſan ſerpentum carne valde delectantur, dictæ. Grues ex India allatæ, Indianiſche Kraniche; ut & corvi ex eadem regione coloris rubri & varii, admodum magnæ ſunt aves, & reliquum parum diſtant a pſittacis verſicoloribus, Indianiſche Raben; Paſſer ex India totus quod ad pennas luteus, gelber Indianiſcher Sperling / Upupa ejusdem terræ Orientalis, coloris albidi, Indianiſcher Wiedehopff. Pavones præ reliquis rariores toti candidi, gantz weiſſe Pfauen; Gallinæ margaritiferæ, Perlen-Hüner / ſic dictæ, quia atræ pennæ multis albis maculis rotundis hinc inde eleganter ſparſis, ac ſi uniones eſſent, ſcatent. India harum patria eſſe dicebatur. Otides ex Hungaria, Trappen / Trapp-Gänſe / quarum milliones in hoc regno inveniuntur, quadringentæ, quingentæ, ſexcentæ & plures ſimul in una congerie. Perdices albæ, weiſſe Rebhüner; hæc avis Hübnero in Lexico rerum naturalium &c. p. m. 1033. vocatur *Lagopus avis*, weiß Rebhun. Perdices a colore nivis in Alpibus dum coëunt pullos & fœtus generant albicantes. Vid. Theatrum ſympatheticum p. 54.

Perdices rubræ. Credimus & albas & rubras peculiarem ſui generis ſpeciem conſtituere nec nivem albedinis cauſam in illis eſſe. Anſeres ex Hollandia, paulo majores Auſtriacis ſunt, mares roſtrum nigrum & pedes atros, fœminæ roſtrum rubicundum & pedes cinnabarinos habent, ambo autem in ſuperiori roſtro magnam carunculam duram vel tuberculum ſupereminens ejusdem cum roſtro coloris atri & rubicundi gerunt, greſſu admodum ſuperbo incedunt. Holländiſche Gänſe. Caſuarius, ad aves maximas refertur, ex inſulis Aſiæ Banda ſeu Lontor Viennam per mare transportatus, cujus corpus non pennis ſed potius ſetis tectum nigris. vid. plura de hac ave in Walther Schultzens Oſt-Indiſcher Reiſe-Beſchreibung. p. 233.

Ardeæ albæ, weiſſe Reiger / de quarum elegantibus pennis Wilhelm. de Reinbaben in verſionibus poeticis pag. 147. 148. avem hanc ipſam ſic loquentem inducit:

Man ſieht die Könige ſelbſt meine Federn führen/
Sprach er: und alſo will mir auch mehr Ruhm gebühren/
Als man ſonſt insgemein den Vögeln nicht erweißt. ꝛc.

Strutiones quinque, quatuor pennis albis & unus nigris, quas paucas habent; altiores ſunt hominibus, quidam collo erecto octo pedes alti; & inter omnes hactenus notas aves robuſtiſſimi; capita haud admodum magna, ſed colla valde longa; corpora pinguia, ſolida & firma ſunt; uti & pedes longi & robuſti; alæ, ad corporis proportionem parvæ, hinc ad volatum minus aptæ ſunt; contra pedibus velociter incedere & maxima celeritate currere poſſunt. Patria harum avium eſt Africa: Cibus & alimentum ſunt cadavera, non ferramenta, quæ quidem objecta avide deglutiunt, nunquam vero in ſuccum & ſanguinem convertunt, ſed potius illæſa per guttur inferius reddunt. Caro harum avium aſſa eſt cibus & pinguedo potus populorum in Bilidulgerid, Numidia. &c. Heliogabalus Imperator ſexcentorum ſtrutionum cerebellis in unico prandio triumphavit. Opiparum ſane & ſingulare fuit prandium. Ova, quorum interdum unus ſtrutio centum

ponit,

ponit, ſunt magna & ponderoſa, admodum delicata & oleoſa, præprimis in ſic dictis teganitis, vulgo Pfan- oder Eyer-Kuchen/ ob gratum laudantur ſaporem. Quatuor homines unum ovum ad nauſeam ſatiare poteſt, tantum enim albuminis & vitelli in ſe continet, quantum vix XXX. gallinarum ova, vel unum ovum ſtrutionis excavatum in ſe recipere poteſt triginta ovorum gallinaceorum albumina & vitellos. Veteres Lybiæ populi, Garamantes vocati, teſtas horum ovorum per medium ſciſſas loco pileorum in uſu habuerunt. Vid. Riſtens curieuſes Recreations-Jahr Menſe Aug. p. 24.

Porro adſunt binæ aves magnæ, quas Nimmerſatt/ quia cibis vix ſatiabiles imo inexplebiles, & Vielfraß/ a multo, quem quotidie deglutiunt, cibo, vocant. Latini hanc avem *Urocrotalum*, forſitan a mugitu boario, appellare ſolent. Patria volatilium horum animalium eſt Hungaria Turcicumque Imperium, in priori circa ſtagna majora & loca paluſtria copioſa inveniuntur, in poſteriori vero interdum congeries plusquam mille in aere volitantium in conſpectum prodeunt. Clamorem penetrantem edunt ad inſtar mugitus boum. Oeſophagum tam magnum & ingluviem tam amplam habent, ut piſces ſex, ſeptem & octo librarum deglutire & in largo iſto ſacculo ſub collo recondere poſſint. Theatrum Europ. Tom. IX. Anno 1663. p. 915. ſequentem hujus avis fecit mentionem: Es machte auch der fremde Vogel/ welcher in dem Stadt-Graben zu Wien gefangen ward/ bey groß und gemeinen Leuten fremde Gedancken; ſelbiger ſahe aus wie eine Löffelganß/ hatte einen groſſen Kopff/ und von ſeiner Vielfräßigkeit/ den Nahmen Nimmerſatt/ maſſen er auf einmahl einen 6. bis 8. pfündigen Fiſch verſchlingen konte/ welchen Wunders halben auch die Röm. Kayſ. Maj. ſelber am 7. April. zu ſehen begehrte. Er ward darnach zu den Kayſerl. Adlern getragen und insgemein für ein böſes Omen gehalten. vid. quoque das gedrückte/ von dem Türcken berückte/ nun trefflich erquickte Königreich Ungarn. Fr. und Leipz. 1688. it. die Breßlauer Kunſt- und Natur-Geſchichte Verſuch XXXIV. Anno 1725. Menſ. Nov. Claſſ. IV. Articul. 14. p. 560. it. Verſuch XXI. Claſſ. IV. Art. 5. p. 173. Der Vogel Nimmerſatt

gleichte demjenigen/ ſo beym Geſnero *On-Vogel* genandt/ und daſelbſt in Kupffer vorgeſtellt/ wiewohl ſich eben nicht alles an ihm befunden/ was dorten gemeldet wird; er war wohl noch einmahl ſo groß vom Leib als ein Schwan/ und ſein gelber Kropff oder Sack unter dem Schnabel hätte gar wohl einen 6. pfündigen Carpen in ſich verbergen können. Der Schnabel war drey Viertel Ellen lang/ und beym Kopff eins Arms dicke. Der obere Theil daran ließ roht und grün ſchattiret/ wie man ſonſt dergleichen Tulipanen ſiehet/ forne war er gerade abgekrümmet und nicht angelförmig/ wie andere davon geſchrieben. Der gantze Leib war weiß/ auſſer in denen Flügeln hatte er ſchwartze Federn. Er hatte keine Zunge/ und auf dem Kopffe Federn hinter ſich ſtehend. Beyde Flügel betrugen ſich in der Länge auf 5. hieſige Ellen. Seine Füſſe waren dicke/ kurtz und breit/ wie Gänſe-Füſſe geſtalt. Seine Federn ſind ſtarck/ die er immerzu putzt/ wie die Gänſe zu thun pflegen. Wenn er auf der Erden ſaß/ ſo præſentirete er vom Leibe mehr einen weiſſen Bären. Gegen einen Hund wehrete er ſich/ und machte mit ſeinem Schnabel ein greulich Geklapper. Hier wurde er mit Fleiſch gefüttert/ ohnerachtet er ſonſten von Fiſchen leben ſoll. Seine Excrementa waren weiß/ wie dünner Kalck. Ante domum, in qua animalium cohors ſervatur, adeſt aqua & piſcina, in qua manſuetæ aves aquatiles ſe recreare & ſubmergere poſſunt.

Ex quadrupedum claſſe receoſebimus Hircum ex India; Damas ſeu Rupicapras pavidas, quæ, quando juniores, facile cicurantur. Hæ capreæ Alpinæ aut ſylveſtres in Carinthia, Styria, Tyroli, montibusque Hungariæ Carpathicis, acclivia enim & invia montium loca & rupes libenter aſcendunt, copioſæ reperiuntur.

Leonem florentis ætatis juvenem magnanimum quidem ſed mitem, cum quo beſtiarum cuſtos ludendo tempus fallere poteſt.

Cervum ex India, quatuor narium foramina habentem, bina ſita ſunt in loco ſuo ordinario uti in Cervis Europæis, reliquæ autem binæ cavitates locum ferme infra oculos occupant.

Oves Turcicas, eximiæ magnitudinis, utriusque ſexus, mares teſticulos infra abdomen gerunt extraordinarios magnos.

Capreolos ex India Viennam allatos, Indianiſche Rehe.

Capreolos, quod ad pilum, albos, weiſſe Rehe.

Damam ſeu cervam Indicam manſuetam, gantz zahmer Indianiſcher Damm-Hirſch. Binas ſpecies Lyncis maculoſæ, variæ & timidæ, quarum una Feld-Luchs/ & altera Tieger-Luchs nuncupatur.

Capricornos utriusque ſexus & mares & fœminas, Stein-Böcke und Stein-Gaiſſen; Hæc animalia ſunt caprarum ſpecies, calidioris naturæ, eximiæ magnitudinis, robuſti corporis, coloris cinerei. Cornua incurvata reflexa ponderoſa, interdum octodecim librarum gravia, ex quibus pocula fiunt, gerunt. Locum natalem habent in frigidiſſimis Helvetiæ, Salisburgenſis Archiepiſcopatus, Cretæ, Cypri, Cap. Bonæ ſpei angulis & montibus altis.

Animal Zibethicum ſeu felem Zibethicam, eine Zibet-Katze. Hæc furens beſtia magnitudine ſuperat catum domeſticum, externa autem forma parum ab hoc diſtat; vaſculum inter penem & teſtes collocatum membranis urethræ alligatum habet, in quo Zibethum, medicamentum iſtud ob gratiam odoris nemini non notum, latet. vid. plura in Thom. Bartholini Cent. III. Hiſtor. anatom. rar. 1. pag. 199. it. Petri de la Valle Itinerar. Tom. I. pag. 124.

Hyſtrices, Dorn- oder Stachel-Schweine; e porcorum familia ſunt & totæ aculeis lævibus ex albo & nigro variegatis tectæ, echinis terreſtribus majores & ex America primum in terras noſtras translatæ. Carne gaudent dulci, quæ etiam exteris quibusdam nationibus in cibum cedit.

Oves ex Sardinia, harum cutis non lana molli ſed pilo obſita, coloris ut capreolorum eſſe ſolet.

Oves Tripolitanas; ſunt animalia admodum pinguia, quorum caudæ dimidiam ulnam ferme latæ; exiſtunt, qui perhibent, ejusmodi oves interdum caudas 30. usque 60. librarum ponderis habere.

Lupum

Lupum Indicum ferocem & furiosum, sed catenatum, qui a bestiarum custode ob sævitiam misere quotidie flagris percutitur.

Utrum cum vacca sua: Animalis hujus masculini cornua olim Regibus pocula dabant; barba prolixa, non aliter ac hirci improbi esse solet; pilus in fronte brevis & crispus odorem Moschi redolens, cujus causa rejicitur in pabulum, quod est Gramen paniculatum odoratum, Germ. Auer-Graß. Patriam agnoscit Prussiam. vid. plura in M. Chr. Mascovii Diss. bin. de Uro.

Vaccam Indicam; hæc caput, anteriores pedes & pectus de Cervo; abdomen vero, pedes posteriores & caudam de asino habet.

Reliquum hoc saltim adhuc addere placet, hunc hortum inter omnes, quos Vienna visendos præbet, esse optimum. Plantæ exoticæ, quarum ingens adest numerus, sub aspectum venientes botanophilos mirum in modum exhilarant. Plusquam centum operarii quotidie in his amœnis viretis opus suum faciunt. Quotannis Sereniſſimum Principem 100000. florenos in usum hujus viridarii invertere relatum audivimus. vid. plura de hoc vireto & ejus palatio in Basil. Kückelbeckers allerneueſten Nachricht von Röm. Kayſ. Hofe/ Part. II. cap. XI. p. 784. cum icon. & horti & Palatii in tribus tabulis.

Præter spem prolixe me diffudi, contraho vela & Te, Vir Prænobiliſſime, cum honoratiſſima familia Deo immortali commendo, me autem sueto Tuo favori & candori. Vale cum lectiſſima conjuge bene & feliciter. Wolffenb. d. 1. Jun. 1729.

FRANC. ERN. BRÜCKMANNI
MED. DOCT. &c.

EPISTOLA ITINERARIA X.

De

TERRESTRI COLE

AD

VIRVM

CONSVLTISSIMVM ATQVE EXCELLENTISSIMVM

DOMINVM

DOMINVM

CHRIST. GE. SCHWALBE

PHILOS. ET MED. DOCT.

SERENISS. ET REVERENDISS. DVCISSÆ SLESVICO-HOLSATICÆ ET ABBATISSÆ QVEDLINB. ARCHIATRVM PRIMARIVM CONSVLEM ET PRACTICVM QVEDLINB. FELICISSIMVM

REG. SOC. BEROLIN. SCIENT. SOC. MERITISSIMVM &c.

FAVTOREM ET AMICVM ÆSTVMATISSIMVM.

CVM FIG.

WOLFFENBVTTELÆ MDCCXXIX.

VIR CONSVLTISSIME ATQVE EXCELLENTISSIME!

FAVTOR ET AMICE MAXIME COLENDE!

ME naturalis hiſtoriæ ſtudium præ aliis omnibus capit & in admirationem rapit, affirmo Tibi hoc ex animo, feſſus curis clinicis, nuſquam recreandi animi libentius divertor quam ad naturæ abſconditas gazas, quarum perluſtrandarum me varietates valde cupiunt, valde amœnitates, non mente concipiendæ tantum, ſed in oculos incurrentes, quare etiam hac vice quasdam de terreſtri cole per aliquot dies in itinere noſtro factas Tecum communicabo obſervationes. Eſt autem Coles terreſtris fungus ille notus, qui Botanicis dicitur Fungus Phalloides J. B. noxius 38. T. III. 843. ſ. fœtidus penis imaginem referens C. B. Pinac. 374. Fungi pernicioſi genus XXXIII. Cluſii H. CCLXXXVII. Fungus penis virilis facie Lobelii Icon. 2. 275. vid. Sterbeck Theat. fungorum 276, ad 283. Boletus Phalloides Tournefort. J. R. H. 562.

Germ. Erd-Schwamm / ſo die Membra genitalia præſentirt. Hunc fungum Anno 1723. die 26. Julii Weſerlingæ (eſt oppidulum Ducatus Halberſtadienſis unico Helmſteto milliari diſtans)
Fig. I. in horto beat. Præfecti Haſenwinckels inveni, uti iſtum Fig. I. in magnitudine naturali oſtendit. Ex hoc oblongo rotundo corpore creſcit modo nominatus fungus Phalloides, quem hujus loci incolæ abuſive Hirſchbrunſt/ (quod autem eſt fungus vel boletus cervi & plane differt a fungo Phalloide,) vocant. Superior rotundæ pars b. b. eſt lævis & dimidio ovi, quando e terra progerminat, quod ordinarie una vel altera nocte fieri aſſolet, (unde prov. naſcuntur ut fungi i. e. cito) ſimilis; inferior rotunda pars in terra c. c. occulta, eſt rugoſa & ſignant literæ a. a. in Fig. I. rugas & plicas. Totus fungus cum radice, quam unicam ſaltim e medio corporis agit, quæque demum in aliquot fibras vel radiculas ſe diſtribuit, eſt albus; Ex appoſita Fig. I. in magnitudine naturali videbis & craſſitiem & longitudinem.

Fig. II. Fig. II. Eſt fungus, ſeu potius teſticulus ſaltim hujus fungi, per medium perpendiculariter diviſus; ſpatium a. a. eſt gelatina alba perſpicua & pellucida, ac glacies Mariæ, repletum; b. b. eſt materia ſolida brunni viridisque coloris, quæ in antedicta lubrica gelatina mobilis exiſtit; c. c. eſt corpus candidiſſimum poroſum & fungoſum intermixtis albis venulis & fibris, quæ partim etiam materiam ſolidam iſtam brunnam intrant; d. d. hæc ſubſtantia eſt obſcuro alba, admodum poroſa vel cavernoſa, uti ocularis inſpectio, quando fungus accurate obſervatur, monſtrat; e. e. eadem eſſe videtur gelatina cum iſta, quæ a. a. totum ambit fungum. ſed hæc quadantenus durior eſt &, ac ſpeculi vitrum, lævis. Totum denique fungum circumveſtit pellicula f. f. tenuis, parum diſtans ab iſta, quæ in ovo gallinaceo ſub cortice latet, & hæc repræſentat involucrum ſcroti vel teſticuli. Quando fungus penem referens ex hoc rotundo corpuſculo, quod teſticulum, & in quo gelatina ſemen repræſentat, progerminat, involucrum dilaceratur in vertice f. f. & in duas divititur partes, ita ut gelatina denudata in apricum veniat, ex hac apertura totus penem referens fungus unica nocte in altum profilit; pellicula lacerata, ſta-

tim

Ep: Ft: X.

VI.



VIII.




Fig. I.
III.
IV
V.
VI.
VIII.
Ep. Pl. X.
II.
VII.

tim apex fungi exit, qui in modum floſculi cum parvo rotundo foramine in medio figuratus, non aliter ac foramen, ex quo in penis glande urina excernitur.

Fig. III. lit. a. ſiſtit fungum in vertice diviſum tunicamque iſtam albam b. b. dilaceratam. c. eſt gelatina, quæ a cuticula ſeparata & denudata viſitur. d. eſt fungi apex parum prominens, qui primo e galatina prorumpit, hoc a pellicula denudato fungus dein unica nocte in altitudinem unius digiti pronaſcitur. Omnia autem teſticuli contenta progerminant, ita ut in terra nihil remaneat, excepta dimidia pellicula cum gelatina & radice. Hæc forſitan mucilago in nutritionem fungo cedit, quamdiu creſcit & nutrimento opus habet, obſervavimus enim in fine, quando fungus in terram decidit & putreſcit, omnem ferme mucilaginem in pellicula conſumtam fuiſſe, a cujus defectu & nutrimenti inopia tunc fungus forſan corruit & moritur. Fig. III.

Quæ in Fig. II. notata ſunt lit. d. & e. dant fungo in incremento caulem ſeu corpus penis cylindricum; c. exhibet capitulum; materia brunna viridisque lit. b. notata primis diebus capitulum fungi ambit iſtudque mucilaginoſum reddit, non tantum in aëre coloris magis brunni, ſed & odoris mellei redditur, quapropter & ſtatim muſcarum familia advolat & dulcem iſtam eſcam comedit. Hac mucilagine odorata depaſta, caput penis album denudatum apparet; lingua deguſtavimus hoc mel viſcoſum & ad modum dulce deprehendimus Capitulum, melle brunni coloris a muſcis devorato, erat album. poroſum vel potius cavernoſum, non differebat a Boleto eſculento rugoſo albicante Tournef. quem Morchel Germani vocitant. Hoc capitulum inſtar mitræ inſidet cauli, eſt mobile, & caulis apex in medio ſaltim parum intus attingit mitram, quæ tenuis eſt, intus polita, extus vero parvis cellulis plena. Caulis intus cavus & lævis, extus vero totus poris evidentibus & magnis ſcatet, totusque albus, rigidus & ſtabilis, uti membrum virile erectionis tempore eſſe debet.

Fig. IV. lit. a. eſt mitra melle adhuc ſuperinducta, quod Fig. IV.

muſcas ad paſtum odore dulci allicit, quando nempe fungus prius progerminavit; b. eſt caulis rigidus & firmus, totus poroſus, cavitate intus gaudens; pori caulis ſubſtantiam non tranſeunt, ſed oblongam cavitatem internam inveſtit tenuis tunica alba; c. eſt ſacculus mucilagine repletus, ex quo fungus natus; d. eſt radix cum fibris parvis vel radiculis per terram diſperſis, per quas tota planta alitur; e. ſuprema mitræ pars, mediante qua caulis glandi adhæret. f. f. ſunt rugæ ſcroti.

Fig. V. Fig. V. lit. a. eſt capitulum, viſcoſo, dulci & brunno ſucco, qui melli ſimilis erat, a muſcis depaſto, a boleto eſculento, Morchel / non diſtans; b. eſt pars caulis.

Eodem anno die 4. Aug. ſequentia de hoc miro notavimus fungo; invenimus iſtum non procul a dicto oppidulo in ſylva Hag- oder Heg-Holtz (nomen habet a cavere, Hegen / cavetur enim a vaccis & reliquis animalibus, ne germina tenera comedant) vocata, ſub umbroſis arboribus natum; ſole meridiano calente de ſe ſpargebat effluvia longe & late dulcia, ſunt autem inter homines, qui iſtos averſantur odores, imo & qui ex his lipothimias patiuntur. Relatum ab incolis loci habemus, ſe comedendum dare iſtum vaccis, quando taurum, vitulorum patrem, admittere nolint, wann ſie nicht Ochſen wollen / & quidem non ſine felici effectu, nam ſtatim libidinoſiores redduntur. Hoc vegetabile creſcit in fine Julii & initio Auguſti ex terra in forma Lycoperdi, cui ſimile erat, quare & tale eſſe antea putavimus, ſed unicam ſaltim habet radicem, cum Lycoperdon plurimis adhæreat radiculis. Teſticulus diviſus jam in ſe continet, tanquam in matrice, & monſtrat totum fungum penem referentem cum omnibus ſuis partibus. Interdum bini & terni teſticuli accreti progerminant, quilibet autem peculiari ſua nititur radice, quilibet peculiarem caulem cum capitulo protrudit, & nunquam penem vegetabilem cum duobus appenſis teſticulis obſervavimus, qualem tamen exiſtere quidam affirmarunt, qualis etiam a Tulpio (vid. ej. obſervationes medicas edit. 4ta p. 149) in alneto inventus cum duobus coleis, adeo ad amuſſim cum pene virili conveniens, ut vix ovum ovo videris ſimilius, caulis ſ. ſcapus ipſius teres & exacte rotundus, extrinſecus quidem glaber ac levis &c. cum eleganti fig.

Fig.

Fig. VI. lit. a) denotat caput penis. b) penem cum cavitate, quæ urethram notat; eſt corpus ſpongioſum & poroſum. c) foramen pro emiſſione urinæ, ſed non eſt perforatum. d) teſticulum cum gelatina, quæ ſemen repræſentat. e) vaſa, quæ materiam pro nutritione & elaborantione ſeminis adducunt. f) tunicam, quæ ſcortum repræſentat. g) rugas & plicas ſcroti. Sed dicuntur hæc omnia tantum analogice. Hic fungus a ruſticis circa Wittenbergam **Gichtſchwamm** nominatur, & prodeſſe in ſcorbuto dicitur. Mirum eſt, inferiorem partem teſticulum vel ſcrotum ſatis amplum repræſentare materia viſcoſa, mucida & mucilaginoſa repletum. Hic fungus in ſylva natus, amat enim obſcura nemorum loca, quando putreſcit, ad quingentos paſſus odorem fœtidum de ſe ſpargit, non aliter interdum putavimus accadaver in propinquo adeſſe, ejusmodi putrida, quæ totum aërem ambientem inquinant, exhalat effluvia, & diu tamen interdum tunc adhuc quærendus, antequam inveniendus; quando areſcit, exareſcit & ſimul materia in ſcroto viſcida, iterum, loco odoris cadaveroſi, acquirit ſvaveolentiam dulcem & melleam. Glans hujus penis utplurimum nigra, rariſſime rubra, quam poſteriorem nunquam videre contigit, interdum alba, qualem interdum Weferlingæ invenimus, ſed Jenæ nunquam non atras obſervavimus mitras in hiſce fungis. Fig. VI.

Fig. VII. eſt teſticulus exſiccatus & durus. Fig. VII.

Fig. VIII. Exhibet *Priapum cervinum* ſeu *fungum priapum figurantem* in monte **Herzberg** prope Ilfeldam in via quadam ſicca, **in einem trucknem Holzwege**, die 8. Aug. 1727. inventum & ad me cum ſeq. relatione transmiſſum: Certe nihil priapo ſimilius, nec corvus corvo, quam in appoſita figura fungus priapum repræſentat. Inferior pars erat extra coloris fuſci & brunni, intra vero albi, in modum tulipæ expanſa, unica ſaltim pro attractione nutrimenti gaudebat radice. E calycis ſ. tulipæ expanſæ medio caulis ſex pollicum altus progerminavit albus & quadantenus ſcabroſus, inſtar cutis anſerinæ. Glans ſ. caput viſcida quadam materia viridi obductum, quæ, cum fungus per aliquot horas extra terram in hypocauſto ſitus fuiſſet, fluida reddebatur, odorum cadaveroſum ſpargebat intolerabilem. Inventor hujus fungi in animo Fig. VIII.

mo habuit istum ad Venerem stimulandam adhibere, firmiter credens, prognatum esse ex semine cervi, quod animal hoc interdum diebus præfervidis, vel tempore æstus venerei, zur Hirsch-brunst Zeit/ cum cervi inter se pugnent, perdat, & reperiundum saltim quoque isto æstus tempore. Locum natalem hoc mirandum vegetabile etiam in Scotia habet, & dicit Robertus Sibbaldus in Scotia illustrata p 26. 27. hujus fungi mucum frigidissimum & lentum in scroto s. volva coagulatum ad podagram utilem esse; Est quoque hoc corpus fungosum indigena Bataviæ planta, teste Boërhaven Indic. plantar. alter. Part. I. p. 12. Est e fungorum marinorum genere fungus fœtidus Bataviæ inquilinus, *Hollandicus* ideo dictus, quamvis & Indici plantarum circa Brunsvigam crescentium eundem inseruerit D. Joh. Chemnitius penis imaginem referens, *Phallus* Hadriano Junio vocatus, & eleganti carmine ab eodem descriptus, qui ob abominandum, quem spargit fœtorem ab Hollandis *ovi Dæmonis* titulum tulit. Confer. Miscellan. Cur. Decur. I. An. II. Obs. 54. p. 107. it. D. Pauli Ammann manuductio ad materiam medicam pag 61. qui autor tubera terræ, Boletum cervinum & ovum Dæmonis confundit, cum tamen sint tres diversæ plantæ. it. Breßlauer Kunst- und Natur-Geschichte XXXIII. Versuch Class. IV. Art. 17. p. 214. &c. De propagatione hujus plantæ fungosæ per semen nihil possum dicere, nec oculo nudo nec armato tale quid observare licuit, nullum tamen dubium, quin proprium ad propagandum suum genus secum ducat semen. Et hæc sunt, quæ ex historia naturali hujus fungi annotavimus. Hisce vale, Vir consultissime atque excellentissime, & diu feliciter vive. Wolffenbutt. d. 1. Jul. 1729.

FRANC. ERN. BRÜCKMANNI
MED. DOCT. &c.
EPISTOLA ITINERARIA XI.
DE
QVIBVSDAM FIGVRATIS HVNGARIAE LAPIDIBVS
AD
VIRVM EXCELLENTISSIMVM, CONSVLTISSIMVM, ATQVE DOCTISSIMVM DOMINVM,
DOMINVM
AVGVST IOH. HVGO,
MED. DOCT.
SAC. REGIAE MAI. MAGNAE BRITANNIAE ET ELECTOR. HANNOVER. CONSILIARIVM SPECTABILEM ET PERSONAE REGIAE ARCHIATRVM DIGNISSIMVM, MEDICVM ET PHYSICVM LONGE CELEBERRIMVM,
FAVTOREM OMNI HONORIS GENERE PROSEQVENDVM.

CVM FIGVR.

WOLFFENBVTTELÆ,
ANNO CHRISTI MDCCXXIX.

Vir Excellentiſſime atque Doctiſſime,

Fautor omni honoris genere maxime colende!

PRæter varia in magno Hungarorum Regno obſervata curioſa & diverſos quoque invenimus lapides figuratos & petrifactos. Vienna Auſtriæ Anno 1723. die 29. Octob. relicta, iter fecimus ad oppidulum Hungaricum & monaſterium Servorum Mariæ, vulgo Servitarum, Loretto dictum; hoc in monte non admodum alto ſitum eſt, Vienna ſeptem milliaria diſtat. In hoc loco primum in ſal Hungarorum foſſile nativum incidimus, quilibet pater familias in ſua domo aſſervabat binos lapides rotundos inſtar parvæ molæ lapideæ, qua ſemen Sinapi cum aceto vel vino in ciborum quorundam condimentum molitur, his mediantibus ſal durum lapideum in fragmenta pulveremque groſſum comminuitur; ſunt quoque qui tantum id ſal in mortario contundunt. Lapides mœnium, quibus monaſterium ſupra nominatum cingitur, hinc inde referti ſunt variis cochlearum, concharum, coralliorum aliorumque marinorum corporum petrifactorum innumeris ſpeciebus, imo totus mons, per quem ex dicto loco Eyſenſtadium mille

paſſuum via profecti ſumus, ex hoc albo lapide infinitis marinis corporibus petrifactis referto, conſtat. Eyſenſtadium eſt oppidulum parvum ſed elegans cum Caſtello Principis Eſterhaſi; in hoc videnda bina admodum magna parieti ad portam appenſa oſſa, gigantum eſſe vulgo perhibentur, ſed revera ſunt oſſa foſſilia Elephantis, qualia & Ed. Brown in Caſtello Schinda Hungariæ obſervavit, vid. ejusd. Itinerarium pag. 166. porro teſta cujusdam teſtudinis marinæ admodum lata & grandis, nec non par aquilarum vivum.

Sempronium, Germanice Oedenburg dictum, quoniam hæc urbs ab Imperator. Carolo M. & Henrico III. ferro & incendiis vaſtata & deſerta reddita fuit, Eyſenſtadio duo milliaria diſtat, ſtatim ante portam hujus loci collis adeſt, in quo plures latomiæ, & in his ſtratum, ferme altitudinis manus, repletum infinitis parvulis petrifactis cochleis, admodum elegantibus, pellucidis, intus cavis, colore albis, ſed admodum teneris & fragilibus, rariſſime ex matrice ſua lapidea ſine fractura eximendis, intermixtæ viſuntur his cochleis innumeræ parvarum concharum triangularium & muſculorum minorum effigies; cum figura Num. VII.

Fig. VII.

In regione vitifera, das Glaſer-Weingebürge vocata & ad hanc urbem pertinente, plures lapidei globuli, brunni coloris, magnitudine nucum avellanarum & juglandium inveniuntur; ſunt nihil aliud, quam pyritæ ferrei, Eiſen-Kieß.

In Armamentario bellico panis petrifactus ſeu artolithus adeſt, ein zu Stein geworddenes Brod/ qualem & in Dom. Sebaſtiani Dopneri, Advocati iſtius loci celeberrimi, muſeo monetario & rerum rariorum curioſarum vidimus. Hic panis potius lapis eſt figuram & formam panis

Ep

III.

IV.

VIII.




Tab. II. XI.
Fig. I
II.
III.
IV.
VII.
VI.
XI.
XII.
V.
VIII.
X.
IX.
IX.
XIII.

panis externam repræſentans, ein Stein/ der wie ein Stück Brod aueſiehet; quam verus panis petrifactus; de artolitho legendus Valentini in Muſ. Muſeor. Part. II. pag. 27.

Die 1. Novemb. cum Dom. Joh. Chriſtoph. Deckard, Rectore Gymnaſii Sopronienſis dexterrimo, viro docto ſtudiique botanici amatore magno, Croisbachium, quod eſt oppidulum ad lacum Piſonis ſitum, mille paſſuum via profecti ſumus. Optimæ hic loci ſunt lapicidinæ, lapides omnes ex iſtis exciſi coloris ſunt albi, quod ad materiam ex ſabulo albo, arena craſſa & calce quaſi extincta compacti videntur. Hæ lapicidinæ ſunt arcuatæ & fornicatæ; in tecto & ad parietes harum concamerationum pendent Pectinitæ, variæ magnitudinis, albiſſimi, ex utraque parte auriti, elegantiſſimi, ſic ſiſtit Fig. VIII. Pectiniten omnium maximum cum teſta ſua integra petrifacta non admodum convexa. Fig. VIII.

Fig. X. Pectiniten ſubtiliſſime ſtriatum parvis alis quoque ſtriatis, admodum planum cum teſta ſua. Fig. X.

Fig. XII. XIII. Pectinitas minores convexos alatos cum teſta craſſa petrifacta. Fig. XII. XIII.

Præter hos & adſunt Oſtracitæ majores & minores Fig. IX. & XI. exhibiti, albi, elegantiſſimi teſta ſua adhuc inſtructi; cochleæ parvæ lapideæ parum duriores iſtis ſupra deſcriptis Sempronienſibus; Corallia marina petrifacta varii generis; adinvenimus maſſam lapideam ſubſtantia poroſa & colore proxime accedentem ad oſſa piſcis Sepiæ; Interdum & gloſſopetræ ſeu rectius dentes piſcium petrifacti in his lapicidinis in conſpectum veniunt, de quibus autem tunc temporis præſentes nec ullum ſpecimen accipere potuerimus. Ante paucos annos, ex relatione fide digna Dn. Rectoris Deckard, in his lato- Fig. IX. XI.

miis integrum ſceleton humanum repertum fuit, lapicidæ haud curioſi iſtud malleis contuderunt, omni opera adhibita fragmentum quoddam oſſis cujusdam lapidei de iſto ſceleto deſumtum accepimus. Oſſa humana, ut & animalium, rariſſime petrifacta, utplurimum calcinata tantum, in terra & rupibus inveniuntur. Felix Maurer in ſeinen beſondern Remarquen der geheimen und groſſen Wunder der Welt pag. 980. mentionem fecit cujusdam humani ſceleti, quod Aquis Sextiis in Provincia Galliæ Anno 1583. in rupe quadam repertum ſit; & Valvaſor in Beſchreibung des Ertz-Hertzogthums Kärndten pag. 167. dicit: Im Jahr 1620. als ein Steinmetz in dem nechſt beym Cloſter St. Paul in Kärndten gelegenen Steinbruch/ zu dieſem Gebäude Steine gebrochen/ hat er mitten in dem Bruch einen natürlichen menſchlichen Cörper/ ſo zu Stein worden/ und Kleider/ auch den Hut/ und um den Hut eine Schnur gehabt/ gefunden. Man hätte geglaubt/ daß dieſe Statua aus Stein wäre gemacht geweſen/ wann der Cörper von Steinmetzen nicht ohngefehr wäre zerbrochen worden/ und man alſo alles Eingeweide und die Inteſtina, mit ihrer natürlichen Farb/ doch alles von Stein/ hätte ſehen können. Sed hæc Valvaſoris relatio magnam requirit fidem. Oſſa foſſilia & coſtas humanas petrifactas in- & extra matricem & lapidem ſitas ex arenariis Eſperſtadienſibus, non procul Querfurtho & Islebia notis, in noſtra rerum petrifactarum collectione aſſervamus.

Ad Sempronium interdum & lithoxyla ſeu ligna in
Fig. I. lapidem indurata obvia ſunt, fruſtulum Fig I. expreſſum dono accepimus a ſupra jam laudato Dom. Rect. Deckard, adeo durum, ut inſtar Iaſpidis polituram admittat, coloris brunni; nominato Dn. Rectori hoc lignum in uſu eſt, inſtar cotis, ad acuenda ſcalpella libraria; fruſtulnm alterum

Fig. II.

Fig. II. æri inciſum colorem habet ex albo luteum, forſan de pyro petrifacto deſumtum? admodum ponderoſum durumque, ligni ſtructura & facies, ductus, circuli admodum eleganter in eo adhuc conſpicui. Fig. II.

Non procul a Neoſtadio, vulgo Wiener Neuſtadt/ urbe eleganti & munita, quatuor Sempronio milliaria diſtante, ad fines Styriæ ferme ſita, terra pellucida effoditur pro coquendis ex iſta vaſis pulcherrimis, illi, quæ Porcellana audit, ſimilis. vid. de hac Rauch, Prof. Med. Viennenſ. Oratio de ſalubritate Auſtriæ. pag 23.

In via ad thermas Badenſes ad pagum Matzendorff dictum, dimidio milliari Neoſtadio diſtantem in agro quodam cochleam iſtam peculiarem petrifactam, quam figura III. viſui offert, invenimus, præter hanc autem nobis per horam ſedulo quærentibus nullum corpus marinum lapideam metamorphoſin paſſum obvium factum fuit. Fig. III. In caſtello imperiali Laxemburg olim Lachſendorff vocato, in fornice portæ majoris ſuſpenſæ hæret coſta gigantis cujusdam duas cum dimidia ulnas longa cum antiquo & obſoleto iſtius hominis permagni gladio venatorio, vulgo Hirſchfänger/ quarta centenarii parte ponderoſiori; ſed accurate inſpecta coſta non hominis ſed piſcis Ceti os fuit incurvatum extusque convexum. vid. quoque Ed. Browns Itinera pag. 166. it. 255.

Fig V. & VI. repræſentant turbines & cochleas minores albas calcinatas, quas thermæ Groſs-Waradeinenſes cum aqua ſimul eructant, imo tota quoque vicinia circa hæc balnea in terra iſtis repleta eſt, quæ facili negotio copioſe effodiuntur; non autem ſunt petrifactæ, ſed ſaltim ad albedinem calcinatæ, cavitates earum terra nigra repletæ exiſtunt. Fig. V. VI.

Fig. IV. eſt elegantiſſimus cochlites, brunni colo- Fig. IV.

ris

ris & duriſſimus ex Tranſylvania, ſpecialiorem autem locum natalem expiſcari non potuerimus. Sunt & in Hungaria & Tranſylvania obvii nobis facti Echinites pileatus corneus luteus ex montibus Carpathicis; lentes lapideæ in matrice ex Comitatu Liptovienſi, quæ autem oculo armato accurate conſideratæ nihil aliud ſunt, quam parvæ conchulæ bivalves rotundæ ex utraque teſta parum convexæ & ſubtiliſſime ſtriatæ, quæ tenues ſtriæ ob ſubtilitatem oculo vix nudo conſpiciuntur; Bellaria lapidea candida ex ſtalactite in Antris Draconum ejusdem Comitatus concreta; lapides nummales, qui, ad quæ corpora petrifacta ſint referendi, nondum ſatis inter curioſos conſtat. Nec dubitamus Hungarorum induſtriam adhuc plura, antea non cognita, diluviorum monumenta detecturam, terræque viſceribus, montibus, antris, metallifodinis, lapicidinis &c. erueturam. Sed nimium Te, Vir Excellentiſſime, detineo; Interea Deum oro, ut quam diutine lætus interſis populo Aſclepiadeo, meque Tuo favore dignari pergas. Wolffenbütt. d. 1. Auguſt. 1729.

FRANC. ERN. BRÜCKMANNI

MED. DOCT. &c.

EPISTOLA ITINERARIA XII.

DE

GIGANTVM DENTIBVS

AD

VIRVM NOBILISSIMVM, ATQVE DOCTISSIMVM DOMINVM,

I. H. MEVSCHEN,

MEDICVM ET PHYSICVM INCLYTAE VRBIS OSNABRVGENSIS CELEBERRIMVM,

AMICVM MAXIME COLENDVM.

CVM FIGVR.

WOLFFENBVTTELÆ,
ANNO CHRISTI MDCCXXIX.

VIdimus Viennæ Auſtriæ, *Vir Nobiliſſime atque Doctiſſime*, duos dentes molares admodum magnos, quorum unus Fig. I. ponderis $5\frac{1}{8}$ ſemunciarum, alter vero Fig. II. $5\frac{0}{16}$ ſemunciarum erat. Figuræ appoſitæ ad oculum monſtrabunt veram horum imaginem quoad magnitudinem, longitudinem & latitudinem & reliqua. Hi dentes gigantis cujusdam eſſe perhibentur, effoſi ſunt e terra Anno 1723. Menſe Junio in ſuburbio quodam urbis Viennenſis, quod Roſſau vocitant, in loco Tury dicto; poſiti in profundo fuere inter rudera vetuſtiſſima; operarii & cæmentarii non tantum hos binos dentes, ſed & totum horrendum ſceleton invenerunt, non curioſi autem cranium magnæ circumferentiæ inſtrumentis ferreis malleoque duro contuderunt, reliqua ſub terra jam calcinata & admodum fragilia oſſa iterum ſepeliverunt, nihilque de iſto permagno ſceleto, præter dictos duos dentes, in memoriam aſſervarunt. In Auſtria prope Cremſium oppidulum, cum Sueci Anno 1645. foſſam ducerent & eruerent, ingentis gigantis cadaver repererunt, dens ex eodem ablatus quinque librarum pondus habuit, teſte P. Stephano Amiodt in Germania in naturæ operibus admiranda pag. 1. & Theatro Europæo Tom. V. pag. 934. cum fig. cujusdam dentis, ponderis unc. viiiſſ. Medic. pond. vel

Fig. I. Fig. II.

semis. Im Jahr 1645. um Martini bey Schwedischer Inhabung der Stadt Crembs in Oesterreich/ als selbige Völcker auch oben dem Berg in der Leimstetten um den alten dicken Thurm/ eine Retirade mit Wercken anlegten/ und aber das vom Berg herabfliessende Regen-Wasser ihnen an solchem Vorhaben Schaden bringen wolte/ dahero einen Graben führen müssen; hat sich begeben/ daß sie im Graben ungefehr 3. oder 4. Klaffter tieff unter der Erden/ in einem gelbblättigten/ um und um von Verfaulung des Fleisches etwas schwärtzlich angebüngeten Grund/ einen ungeheuren grossen Riesen-Cörper gefunden/ daran zwar in der Arbeit/ ehe man es vor einen Cörper erkennen mögen/ der Kopff und mehrentheils Gebeine zerhackt und zertrümmert/ weil alles von Alter und Verfaulung gantz mürb/ vermodert/ und leichtlich zu brechen gewesen; dennoch aber viel Glieder/ so von gelehrten und erfahrnen Leuten in Augenschein genommen/ und für Menschen-Bein erkennet worden/ gantz heraus gebracht/ verführet/ hin und wieder in Antiquaria verehret/ auch nach Schweden und Pohlen verschicket worden/ also/ daß das wenigste/ ausser einem Schulterblat/ in welchem das Grüblein oder Pfanne so groß/ daß es eine Carthaunen-Kugel wohl fassen mag: Zwey der allerhindersten/ samt einem Stock-Zahn/ deren dieser bey 5. Pfund schwer/ etliche Kästen und Körblein voll Getrümmer von der Hirnschalen und gebrochenen Gliedern/ in Crembs geblieben/ so oben am Berg in der Jesuiter Kirchen neuerbaueten Oratorio behalten und gezeiget/ beneben berichtet wird/ daß man in dem Graben noch 2. andere Riesen-Cörper/ doch etwas kleiner angetroffen/ weil aber mit graben weiters nicht/ als die Nohtdurfft der Bevestigung erfordert/ verfahren worden/ habe man solche in der Dicke des Erdreichs stecken lassen.

ad Epist Itiner: XII.

Fig: I.



II.



J.S.S. sc:

laſſen. Die eigentliche Gröſſe vorgedachten Cörpers iſt unglaublich/ dann der Kopff allein einer runden zimlichen Taffel groß/ die Arme eines Mannes dick geachtet worden/ auch aus beykommenden Abriß eines Zahns/ wie auch eines andern von fünff und ein halb Pfund ſchwer/ ſo dem Kaiſer nach Wien verehret worden/ ein Kunſtverſtändiger die übrige Glieder des Leibes/ ſamt der völligen Länge des Cörpers leichtlich ermeſſen kan: ingleichen iſt auch ein Zahn in die St. Nicolai-Kirchen zu Paſſau/ und ein anderer denen Prediger-München zu Steyer verehret worden. Gigantes & magnæ ſtupendæque ſtaturæ homines in mundo fuiſſe nullo modo dubitamus, exempla horum & ſacra & profana hiſtoria innumera ſuppeditat, quorum certe fides non plane rejicienda. Ipſimet Helmſtadii plus una vice vidimus oſſa Antonii a Franckenſtein Belgæ, inuſitatæ magnitudinis viri, qui ibidem in Academia Julia Anno MDXCVI. in theatro anatomico ſectus fuit, cujusque oſſa adhuc ibi ſervantur. In hujus admodum magno cranio, cujus craſſities digiti minimi articulo extremo reſpondet, nulla adſunt ſuturarum veſtigia, ſed loco lambdoidis duo ſaltim conſpicua foraminula æque diſtantia, ex quibus nervi duo pericranio annexi prominuerunt. Hic giganteus homo, quando pone carpentum ſui domini in terra ſteterit, ſuper id bracchia erecta poſuit. Memoriam incurrit epitaphium cujusdam hominis e gigantum familia Hannoveræ in cœmeterio urbis veteris a nobis viſum, cujus ſtupendum corpus lapidi ſepulchrali quoad omnes dimenſiones affabre inciſum hoc noſtro ævo adhuc non ſine ſumma admiratione a quolibet conſideratur. Strenuus heros, magnus Rolandus, cui ſtatuæ in fortitudinis memoriam in variis Germaniæ urbibus erectæ ſunt, nemini non notus. Sed epi-

ſtolam hanc exemplis amplificare nolumus. Pleraque iſta oſſa magna & ponderoſa, quæ non tantum in variis locis templorum parietibus & portis appenſa, ſed & iſti magni dentes in quorundam eruditorum muſeis obvii, quæ & qui pro gigantum oſſibus & dentibus venditantur, non ſunt de ſceleto humani corporis, ſed potius, accurata oculari inſpectione adhibita, ex corpore elephantino vel cetorum marinorum genere deſumta oſſa. Ipſimet in parva noſtra rerum naturalium collectione monſtramus aliquot magnos cujusdam animalis dentes molares, trium librarum ponderis, non procul Wolffenbüttela prope pagum Tiede effoſos, qui nunquam giganti cibum comminuere, ſed elephanti potius alimenta in pultem moluerunt. Ejusmodi magna oſſa, gigantum male falſeque dicta, Viennæ Auſtriæ ad templum Divo Stephano dicatum appenſa hærent; vidimus magnam quandam coſtam Walbeccæ, non procul Helmſteto, ad templum cathedrale; vidimus ingentem vertebram Brunſvigæ ad domum quandam non procul a porta veteri St. Petri; viſui in Hungaria inferiori ſe obtulerunt Eyſenſtadii, quod quatuor Vienna Auſtriæ milliaria diſtat, bina ſic dicta gigantum oſſa magnæ molis, qualia etiam Dom Brown in Caſtello Schinda Hungariæ obſervavit. vid. ejusd. Itinerar. pag. 166. ſed omnia & ſingula hæc oſſa nunquam gigantum corporibus uſum præſtitere, potius machinas Elephantinas & cetaceas movere. Conſiderandum enim cranium Cremſæ effoſum, hoc inſtar menſæ magnæ rotundæ fuit, quale corpus non habuiſſet iſte gigas, de quo iſtud ſtupendum cranium deſumtum? dens effoſus quinque librarum pondus habuit, quale os, qualisque maxilla, in qua triginta duo tales cunei magni ſat amplum ſpatium habuiſſent? poſito, dens hominis ponde-

ponderet drachm. ij. corpus istius vero centum pondo; dens Cremsensis ponderavit quique libras vel 480. drachmas, sic moles gigantis, ex cujus maxilla hic dens desumtus, 24000. libras ponderasset. Corpus stupendæ magnitudinis auctæ fuisset, imo os totos boves vivos dentibus comminuere & deglutire potuisset. Sed ista ossa & dentes sunt & manent belluis, elephantis & balænis. Sepulta sunt hæc animalia sub terra vel viva vel mortua, vel tempore belli occisa, vel diluviis universali & particularibus in aquis suffocata, relictaque in locis subterraneis, quibus nunc plerumque casu rursus carne putredine absumta, effodiuntur. Utplurimum hæc ossa sub terra longa temporis mora, qua abstrusa & recondita jacuerunt, calcinata inveniuntur, fragilia sunt reddita, partim solo manus digitorumque contactu in farinam & pulverem comminuenda, rarissime in lapidem conversa. Integrum tale elephanti sceleton Quedlinburgi superiori seculo in monte Sebichenberg dicto effosum, quod a Joh. Mayer, celebri quondam Quedlinburgensium astronomo & Camerario descriptum, de quo & aliquot ossa in nostro museo asservamus. vid. Valentini Mus. Museor. pag. 483. In Hungaria & Transylvania haud raro Elephantum ossa dentesque imbribus ex terræ visceribus eluta & denudata effodiuntur, sunt ad albedinem calcinata & in officinis pharmaceuticis sub rubrica & ex pyxide eboris fossilis dispensantur. Haud procul Wolffenbuttela ante aliquot annos ad pagum Tiede dentes & ossa cujusdam elephantis e terra eruta, quorum hinc inde in museis curiosorum fragmenta & specimina prostant. Nec silentio plane prætereundum sceleton istud elephantinum in arenaria quadam Tonnæ in Thuringia Anno 1695. effossum, cujus dens molaris 12. libras ponderavit, cornua

vel

vel potius & rectius dentes proſtantes, ebur dicti, quatuor ulnas longi; (& hæc cornua inſimul certiſſimi poſſunt eſſe teſtes, ejusmodi dentes non gigantum, ſed potius elephantum eſſe oſſa) hoc ſceleton peculiari epiſtola a Wilh. Erneſt. Tentzelio ad Dn. Ant. Magliabechium, Conſil. & Bibliothecarium Magni Ducis Hetruriæ exarata deſcriptum eſt, in qua ſatis erudite optimisque argumentis monſtravit, hæc oſſa non gigantum, ſed elephantum eſſe reliquias. Leuckfeld in Antiquitatibus Gandersheimenſibus pag. 60. mentionem quoque fecit coſtæ cujusdam gigantis, ſed addit, ſe, hac probe inſpecta, vidiſſe, non gigantis ſed Ceti piſcis fuiſſe coſtam, verba ejus ſunt ſequentia: In dem Eingang der Stiffts-Kirche zu Gandersheim an der Mittags Seiten / zur rechten Hand / lieget eine groſſe über 8. Ellen lang ſich erſtreckende ſehr ſtarcke Ribbe / welche von vielen gemeinen Leuten für eine Rieſen-Rippe / ſo als eine rare Antiquität vormahls an dieſes Stifft ſey geſchencket worden / geachtet wird / bey genauer Unterſuchung der materie aber wird man wahrnehmen / daß ſie ihren Urſprung von einem groſſen Wallfiſche hergenommen haben mag. Et hæc ſunt, quæ de gigantum putatitiis oſſibus & dentibus, occaſione binorum Viennæ Auſtriæ obſervatorum magnorum dentium, quos rude & credulum hominum genus ex gigantis cujusdam maxillis deſumtos eſſe firmiter credebat, ad *Te, Vir Nobiliſſime atque Doctiſſime*, perſcribere hac vice potuerimus. Vale reliquum, & publico artis medicæ & ſcientiæ naturalis bono perenna feliciter. Scrib. Wolffenb. d. 1. Septemb. 1729.